¶ Capitulum ſcđm qualiter deus penitentibus pctōribus remittit oīe genus peccati ⁊ quō intelligit de peccato in.ſ.ſ. ꝙ ſit irremiſſibile

Secunda cōcluſio dicit remiſſionis Si eñ dñs vult oēs homines ſaluos fieri qui ſaluari volunt Ad h̄ remanet dubiuꝫ de pctō in ſpūm ſanctum Poſito eñ ꝙ aliquis peccaſſet in.ſ.ſ. ⁊ reuerti velit. Vtrum deus talē ad veniam ſuſcipet Et videt ꝙ nō: quia pctm̄ in.ſ.ſ. eſt irremiſſibile. ptꝫ ꝑ Aug⁹. li. de fide ad Petrum: vbi ait Ji qui peccant i.ſ.ſ. ſcꝫ neqꝫ hic: neqꝫ in futuro remitti dicimus His reſpondendum ē ſm magiſtrum ſniaruꝫ di.xliij. ſcđ i libri. c.iij. ⁊ vltimo: ꝙ pctm̄ in ſpūm ſanctū vix: aut raro: aut difficiliter remittit: ſm eñ alex. de ales in iij. ſumme ꝑte prima.q.iij. vbi tractatꝰ de remiſſiōe pcti ade Pctm̄ tripliciter dicitur irremiſſibile ſcꝫ.

Negatiue
Priuatiue
Contrarie

¶ Negatiue ē illud qđ nullo mō pōt remitti Et illo mō eſt irremiſſibile peccatum Luciferi ⁊ alioꝝ damnatorum

Priuatiue dicit irremiſſibile qđ nō habet aliquid dignū vt remittat: ⁊ ſic omne pctm̄ mortale eſt irremiſſibile: qꝛ nullū pctm̄ mortale hꝫ aliquid ꝑ qđ ſit dignum remiſſione Contrarie vero dicit irremiſſibile: qꝛ habet contrariam diſpōem ad remittendū ſine qua nullo mō pōt remitti Et illo modo ē irremiſſibile pctm̄ in ſpūm ſanctū: qđ directe eſt ꝯ effectuꝫ ſpūs ſancti: qui quidē dicit gratia pnialis Huius aūt peccati ſex ſunt ſpecies: vt ptꝫ ꝑ Aug⁹. in enchiridion: ⁊ de fide ad Petrum Et in libro de ſermone dei in monte. Et in li. de baptiſmo paruuloꝝ: quaꝝ ſpēꝝ numerꝰ aſſignatur ſm Boñ: in iij. di. xliij. ar. iij. q. i.

Deſperatio
Preſumptio
Inuidentia fraterne gratie
Obſtinatio
Finalis impenitentia
Impugnatio veritatis agnite

¶ Quia cum pctm̄ in.ſ.ſ. ſit ꝯ pnialem gratiā: ⁊ tunc aut eſt cōtra ipſam rōne ſui: aut rōne añcedentium aut rōne ſubſequētum Si ratione añcedentiū cuꝫ ad pniam añcedat timor ⁊ ſpes tanꝙ due mole cōtra timorem eſt p̄ſumptio cōtra quē eſt deſperatio Si rōne conſequentiū: cū ad pniam conſequit emēdatio q̄ conſiſtit in duobus ſcꝫ in vera confeſſione ⁊ bona ſatiſfactione ſumūtur due ſpecies: quarum vna eſt impugnatio veritatis agnite Alia eſt dete-

ſtatio boni: Si rōne ſui: ſic eſt obſtinā
tio que cōprehendit etiam finalez im-
penitentiam. Dicitur ꝙ pctm̄ in ſpūm
ſanctum irremiſſibile magis ꝙ̄ꝫ alioꝛuꝫ
pctōꝛum genera, ꝓ eo ꝙ non tm̄ repu-
gnat gratie ſed etiā diſpoſitioni ad ve
niam ⁊ gratiam ſuſcipiendā. Remiſſi
bile aūt eſt tum rōne diuine potētie re
mittentis: tum qꝛ homo pōt de illo pe
nitere excepto pctō finalis impeniten
tia: Hec aūt finalis impn̄ia dicit̃ du-
plex: ſicut ⁊ ꝑſeuerantia Nam ꝑſeuerā
tia vno mō dicitur ꝓpoſitum ꝑſeueran
di. Alio mō dicit̃ continua ꝑmanentia
in bonū vſqꝫ in finē: ſic ⁊ impn̄ia Uno
mō dicitur ꝓpoſitum non penitendi.
Alio mō dicitur cōtinua ꝑmanentia i
malo. Impenitentia primo mō ꝓut di
citur ꝓpoſitum nō penitendi eſt pctm̄
irremiſſibile: qꝛ vix remittit̃ eo ꝙ tale ꝓ
poſitum claudit viam ad gratiā ⁊ im-
pedit ingreſſum ſpūſſancti tn̄ poſſibile
eſt ꝙ illud pctm̄ interdum. licꝫ nō ſem
per remittatur. ſed impn̄ia ſcdo mō di
cta nullo modo pōt remitti: hec aūt ne
mini eſt attribuenda vſqꝫ ad illud in-
ſtans in quo poſſet dici de aliquo ꝙ fi
naliter ſit impenitens.

Caplm̄ tertium d̄ pctō damnatoꝝ
ꝙ talibus etiā remitteret ſi ipſi verā pe
nitentiam faceret: ⁊ ꝙ penitentia eorū
nihil valet

TErtia concluſio dicitur dam-
natōnis. nam licꝫ ea que dicta
ſunt locū habeant in his q̄ pec
cant in via: ⁊ emendant̃: dum viuunt
in hoc ſeculo: tam̄ nullo pacto extendi
poſſunt ad eos qui in inferno damna
ti ſunt ꝑ ſententiam diffinitiuam: his
nunqꝫ deus veniam dabit: et tn̄ pn̄iaꝫ
ageret. ſicut ptꝫ Sapi. v. c. dicentes in
tra ſe pn̄iam agentes: ergo videtur ꝙ
dei benignitas nō ſit omnibus cōis ne
qꝫ omnes pn̄iam agentes dei ſuauita
tem inueniunt. Ad qd̄ dicendū eſt ſm
Bon. in. iiij. di. xiiij. ꝙ agere penitētiaꝫ
ſine doloꝛe d̄ culpa ſua cōmiſſa poteſt
eſſe dupliciter: aut ꝓpter leſionem na
ture: aut ꝓpter offenſionem maieſtatis
diuine. Primā pn̄iam habere quis pt̄
ex ſola natura ſine aliq̄ munere gratie:
ſicut em̄ homo naturaliter ſe diligit: ſic
etiam odit omne ꝓpter qd̄ malum in-
currit ⁊ talis penitētia eſt in damnatis
⁊ in malis. Fuit hec in antiocho cele-
ſtiſſimo: de quo dicitur ſcdo libro Ma
cha. ix. c. Orabat aūt hic ſceleſtus dn̄m
a quo non erat miſericoꝛdiā conſecutu
rus. Fuit etiam in Eſau de quo dicit̃
ad Hebre. xij. Non inuenit locuꝫ pn̄ie
qꝫqꝫ cum lacrimis poſtulaſſet eā hanc
dn̄s non acceptat: nec quis ſic penitēs
inuenit gratiā vel veniam. Alia eſt pe
nitentia qua quis penitet ꝓpter dei of
fenſam: ⁊ hec nō eſt ſine diuina gratia
gratum faciente vel gratis data q̄ deo
placet: ⁊ qm̄ diabolus hanc habere nō
pōt: ideo nec veniam habere pōt Sed
ſi ꝑ impoſſibile poneret̃ ꝙ diabolus ⁊
damnati poſſent habere hanc pn̄iam:
tunc dn̄s daret eis gratiam. vn̄ d̄ dia-
bolis loquens Ber. in li. de gradibus
humilitatis ait. ſic em̄ deus tentauit i
vindicta ſn̄iam vt ſi vellet penitere ve
niam nō neget. nullum ergo peccatum
eſt tam graue: tam ponderoſum quod
deus clementiſſimus peccatoꝛibus nō
remittat: ſiue ſit moꝛtale ſimplex ſiue
ſit in ſpūm ſanctuꝫ ſiue in deum vnde
Kriſo. de pe. di. iij. c. Talis. Ait talis ē
mihi crede: talis erga homines dei pie
tas nunqꝫ ſpernit penitentiam ſi ei ſin
cere ⁊ ſimpliciter offerat̃. Et ſi ad ſum
mum quis ꝑueniat maloꝝ ⁊ idem tn̄
velit reuerti ad virtutis viam ſuſcipit:
libenter amplectit̃. hec ille. Et Hiero.
ad oceanum d̄ ac ſic dicit. Que pecca
ta fletus ille non purgat quas inuete-
ratas maculas hec lamenta nō ambu
lant: petrus trinam negationem trina
confeſſione deleuit Aaron ⁊ ſacrilegiū
⁊ cōpilatum ex auro vituli caput ſuꝑ-
ne coherere miſericoꝛdie pces. Dauid
ſancti ⁊ manſuetiſſimi viri homicidiū

pariter ⁊ adulteriũ ſeptem dierũ emen
dauit fames iacebat in terra volta=
batur in cinere: ⁊ oblitus eſt regie maie
ſtatis lumen querebat in tenebris: illũ
qꝫ tm̃ reſpiciens quẽ offenderat lacri=
mali voce dicebat. Tibi ſoli peccaui et
malum coꝛam te feci: ⁊ redde mihi leti
ciã ſalutarꝭ tui: ⁊ ſpũ principali confir
ma me: atqꝫ ita factuꝫ eſt: vt qui me do
cuerat virtutibus ſuis quõ ſtans nõ ca
derem doceret ꝑ pniãꝫ quõ cadens re
ſurgentem hec ille. De ipſo quoqꝫ Da
uid pctõꝛe grauiſſimo Ideꝫ Hiero. ad
ſabianum diaconũ lapſum ita ſcribit.
Totam pniam pctõꝛis oſtendit qñ in
greſſus eſt Dauid ad Berſabe vxoꝛeꝫ
Urie Ethei ⁊ a nathã ꝓphetante cor=
rectus reſpondit dicẽs. Peccaui. Sta
timqꝫ meruit audire: ⁊ dñs abſtulit a
te pctm̃ adulterij cui iunxerat homici=
dium. Et inde conuerſus ad lacrimas
ait Miſerere mei deus ſcḋm magnã mi
ſeri. tuã. ⁊ ſcḋm multi. mi. tuarũ dele ini:
meam. Magnũ em̃ pctm̃ magna indi
gebat miſericoꝛdia. vnde iungit ⁊ dicit
Amplius laua me ab ini. m. ⁊ a pec. m.
mũ. me. Qm̃ ini. m. ego cognoſco. ⁊ de
li. m. cõ. m. eſt ſemꝑ. Tibi ſoli peccaui.
Rex em̃ aliũ non timebat ⁊ malũ corã
te feci vt iuſtificeris in ſermonibus tuiſ
⁊ vincas. m. cum iudi. Concluſit em̃
deus oĩa ſub peccato vt omnibus miſe
reatur tm̃qꝫ profecit vt dudũ peccator
⁊ penitens tranſierit in verũ ꝓceptoꝛẽ
⁊ dicat: docebo iniquos vias tuas. hec
Hiero. vbi ſupra. Ħ vero qḋ dictum eſt
de Dauid notaꝛ. ij. Re. xij. c. Ubi nar
ratur ꝙ poſt adulterium pariter ⁊ ho=
micidium ꝑ Dauid cõmiſſum: cũ ei cõ
minareꝛ nathan ꝓpha iudiciũ dñi di=
xit ad Nathan. Peccaui dño Statim
audiuit nathã reſpõdenteꝫ: ⁊ dñs trãſ
tulit pctm̃ tuum: ſed pro omnibus di=
cimus ꝯcluſionem vt ſentiant pctõres
omnes ꝙ̃ꝫ ampla ſit caritas ⁊ benigni=
tas ſummi dei. et ad Ħ occurrit qḋdaꝫ
exemplũ nature ſtupendũ ⁊ admirabi

le: ſicut habeꝛ in legenda ſancti baſilij.
Uir quidaꝫ venerabilis eradius noĩe
filiam ſuã habens vnicam quã diſpo=
nebat dño ꝯſecrare Diabolus vero cal
lidus ⁊ aſtutus inflãmauit. ſuper mo=
dum vnũ de ſeruis ſuis in amoꝛe puel
le. Hic cũ impoſſibile iudicare poſſꝫ in
amplexus tam nobilis puelle dñi ſui fi
lie ꝑuenire accerſiuit maleficũ quendã
ſubſidium ⁊ auxilium malefici poſtu=
lans ꝓmiſſo precio. cui ille reſpondit.
Si vis mittam te ad dñm meũ diabo
lum: cui ſi volueris obtꝑare fauebit ti=
bi: ⁊ cõpletum erit deſiderium tuum: ⁊
ꝓſpera queqꝫ ſuccedent. Ad quẽ iuue
nis: ibo inquit modũ terminũqꝫ eun=
di inſinua. Ille igiꝛ maleficus ad dia
bolũ ꝑ ꝓ̃dictum iuuenem miſit hec ver
ba. qm̃ quidem mi dñe ſtudium meuꝫ
eſt omnes quos poſſum tue adducere
voluntati. Mitto tibi hunc iuueneꝫ ꝓ̄
cor te vt ſuũ deſiderium aſſequatur: et
dans hanc epiſtolaꝫ iuueni dixit. Ua
de tali hora noctis ad monumentum
gẽtilis ibiqꝫ acclama demones: et hãc
cartam in aere exalta: ⁊ ſtatim aderit ti
bi. Qui iuuenis Ħ faciens: ⁊ ſubito ap
paruit tenebraꝝ princeps cũ ſua comi
tiua. Et epl'a ꝑlecta dixit ad eũ Crede
in me. Qui ait credo dñe: ⁊ diabolus:
abnegas deuꝫ tuũ: cui rñdit: abnego:
dicitqꝫ diabolus: ne a te decipiar: fac
mihi manu tua ſcriptũ in q̊ confitearꝭ
te xp̃o ⁊ baptiſmo ⁊ xp̃iane renuncia=
re ꝓfeſſioni: q̊ fecit ſcriptũ qualiter xp̃o
abrenunciaſſet: ⁊ diaboli ſeruituti ſe mã
cipaſſet. At diabolus miſſis ſpiritibus
foꝛnicatiõis ad cor puelle inflãmandũ
in amoꝛe iuuenis diſꝑuitqꝫ diabolus:
poſt elapſis dieb⁹ adeo puella in iuue
nis amoꝛe cõuerſa eſt vt patri diceret:
vel mihi iuuenẽ talem in viꝝ tradas. vel
moꝛtuã me cito videbis: ⁊ cũ nulla per
ſuaſione poſſet eã pater lugens et do=
lens ab Ħ ꝓpoſito nõ poſſe ãmouere eã
ꝓ̃dicto iuueni deſponſauit: qui cũ: die
bus aliquibus moꝛareꝛ cum vxoꝛe ſua

nouiter ducta notatus eſt a multis q̄
nihil xp̄ianū erat in eo: videbant eū ec
cleſias fugere crucis ſignum horrere ⁊
dei verba ſpernere atq̧ alia facere q̄ bo
no viro non conueniūt. Retulerūt hi
qui obſeruabant vxori ſue quid vide-
rant quid de iuuene ſentirent. Illa ve
ro diligent̄ inquirēdo a viro didicit ve
ritatē ⁊ ꝑtimeſcens iuuenem valde fle
rit vt ambo ad ſanctū Baſilium perge
rent: ad quem cū veniſſent: ⁊ ſibi oīa
narrata: ait ad iuuenem. Uis reuerti
fili. Uellem inquit: ſed non poſſuz: ob
ligatus eñ ſum ſcriptura ꝓpria ad dia
bolo ſeruiendū cui Baſilius non ſit ti
bi cure: benignus eſt eñ dñs ⁊ te peni
tentem ſuſcipiet. Et ꝯtinuo apprehen
dens eū ſignum crucis impſſit in fron
tem eius: incluſumq̧ in cellula quadā
poſt tres dies viſitauit: quē iuuenis li
benter vidit dixitq̧. O pater terribiles
ſunt clamores demonum: qui tenentes
ſcriptū meū in manu dicūt Tu veniſti
ad nos: ⁊ nō nos ad te. Dixitq̧ ei ſan
ctus Baſil. Noli timere fili: ⁊ iterū eo
recluſo ꝓ ip̄o orauit poſt aliquos dies
iterū; viſitauit eū. Cui iuuenis ait O
pater a longe nec audio clamores de-
monū ⁊ minas et nō video ip̄os quos
cōfortato ſanctus Ba. diſceſſit. alia ḋo
die ad eum rediit cū iuuenis. bene in
quit habeo pater: vidi nanq̧ hodie in
viſu te pugnantē ⁊ vincentē diabolū
poſt h̄ educens eū clerū ⁊ populū fecit
ꝯgregari ⁊ oēs monuit orare ꝓ iuuene
quē tenēs manu ducebat ad eccleſiam
⁊ ecce diabolus cū ſua comitiua ad euz
venit ⁊ conabat̄ rape iuuenē de manu
eius. Qui clamabat ſancte dei adiuua
me. Diabolus ḋo dicebat O Baſilii p̄
iudicas mihi ip̄e venit ad me ecce ego
eius ſcriptū: tūc oēs qui aderāt clama-
uerūt Kyrieleyſon. Et orante baſilio
ecce carta ꝑ aerem delata et ab oibus
viſa venit ad manus baſilii: quā ip̄e ſu
ſcipiēs dixit Iuueni. Cognoſcꝭ has li
teras frater. Et ille mee ſunt dñe. ⁊ frā
git baſilius ſcriptū in ſignū remiſſiōis
culpe tam grandis: ⁊ regulā ſibi viuen
di docuit. Recepit ḡ iuuenis tanti ſce
leris remiſſionē qui deū reliquerat qui
diabolo ſe dederat: qui vitā ſeu ſalutē
ſuā in obliuionē tradiderat O ampli-
tudo miſericordie dei O abūdantia di
uine pietatis quis deſperabit O om-
nium pctōꝝ portus refugium ſalus et
vita. Reuertimini ḡ pctōres ad deum
nō terreamini pctōꝝ magnitudiē quo
cunq̧ pctō longe maior eſt dei miſeri-
cordia: quā nobis ſua gratia hic parti
ri dignetur vltimo nos perducens ad
eternam gloriam Amen.

¶ Sermo quartus de diuina carita-
te in q̄ declaratur q̄ntum ip̄e deus beni
gnus ꝯſcendit humane fragilitati re-
mittendo pctā ſepius iterata a quibus
pauci ſe abſtinent et qualiter remittit
etiam multitudinem peccatorum

Uenite ad me
oēs qui laboratꝭ ⁊ one-
rati eſtis. Iterū vbi ſupra
Nihil ſi recte ꝯſpicimus debilius ē hu
mana mente: q̄ velut arundo a vento
agitata facile mouet̄: facile flectit̄: faci
leq̧ a bono incepto deſiſtit ⁊ ad malū
ꝯuertit̄. Eſt vtiq̧ h̄ in multis infirmi-
tas laborioſa vt poſt pniam poſt ſuſce
ptam indulgentiā pctōꝝ relabant̄ i ſce
lera multo plura illis a quib⁹ ꝑ antea
fuerūt abſoluti. Quibus volens deus
oſtendere ſuā caritatē eos ad ſe vocat
etiā ſuccurrere huic neceſſitati ſua beni
gnitate ſpoſpondēs. ait eñ Uenite ad
me oēs qui laboratꝭ. ſ. ſepius peccando
pctāq̧ multa inſimul aggregādo: q2 ⁊
vobis ſum īdulgere ꝑatus. Ad qḋ ple
nius intelligēdum eſt in pn̄ti ſermone
de quarta flāma diuine caritatꝭ q̄ mul
tiplicitas vocat̄ dicēdū eſt. pro cuius
declaratione notabim⁹ tres ꝯcluſiōes.
Prima dicitur ruinationis
Scḋa dicitur replicationis
Tertia dicitur multiplicationis

# Sermo de eodem

¶ Capitulum primum in quo aperit̃
error eoꝝ qui dicunt ꝙ ſi hō poſt peni
tentiam cadet vel recidiuet ꝙ illa peni
tencia non fuerit vera.

PRima ꝯcluſiō dicit̃ ruinatio=
nis vbi veritatē hanc aſſerimꝰ
ſcꝫ ꝙ hō poſt pn̄iam pōt iterũ
cadere in pctm̄ ⁊ indigere miſericordia
dei. Sꝫ cōtra hoc arguunt nōnulli di
centes: ꝙ ſi homo cadat a pn̄ia. Vl' vt
clarius dicam: Si homo poſt peniten
tiam peccat ꝙ illa nō fuit v̾a penitētia.
Curant aũt illud ꝓbare auctoritatibuſ
ſanctoꝝ. Nam vt de pe. di. iij. c. penitē
tia. Ambroſius in ſermone quadrage
ſime ait. Penitētia eſt mala preterita
plangere: ⁊ plangēdo iteꝝ non cōmit=
tere: ꝰ qui iteꝝ peccat verā penitentiã
non facit Item Greg. eadem di. c. pe=
nitentiam ait Penitentiā quippe age
re eſt ⁊ ꝑpetrata mala plangere: ⁊ plan
genda iteꝝ non ꝑpetrare. Nam qui ſic
alia deplorat: vt tñ alia committat ad
huc penitentiā agere: aut ſimulat aut
ignorat. ⁊ iteꝝ Iſidorꝰ de ſummo bono i
quit Irriſor eſt nō penitēs qui adhuc
agit qđ penitet nec videt̃ deum poſce
re ſubditus: ſꝫ ſubſannire ſuꝑbus q̄ ver
ba notant̃ de pe. di. iij. c. Irriſor Et au
gu. in li. ſoliloquioꝝ. Inanis eſt pn̄ia i
quit quā ſequens culpa coinquinat. q̄
notant̃ ea. di. c. Inanis. ꝰ ex his aucto
ritatibus videt̃. ꝙ penitētia quā ſequi
tur culpa nulla ē nec vera eſt. ꝰ ſi hoīes
expientia certa ꝯſpexerint ſe poſt peni
tentiã ad pctā ꝓlapſos eaqꝫ penitētia
nulla fuerit. Quid aliud remane niſi
vt timentes ruinã bonũ facere nunq̄ꝫ
velint. Auertat deus ꝙ ita eſſe creda=
mus: imo ſi quis hāc poſitionē teneret
ꝙ ſi hō cadat a pn̄ia ꝙ pn̄ia illa nō fu
erit vera: vl' poſt quēcunqꝫ ꝯceptũ bo=
num ſi ab illo deſiſtat ꝙ illud bonũ ve
rum bonũ nō fuerit: tanq̄ꝫ hereticꝰ ab
hominibus eſt vitandus. Fuit hic an
tiquus error impij manichei quem ho
dierna die pleriqꝫ hypocrite ignorãteſ
et preſumptuoſi religioſi publice ĩ ver
bis ⁊ ſcripturis ſuis dogmatizãt dicē=
tes: quod ſi quis pōt ingreſſum religio
nis poſt exempla virtutũ rediiſſet ad
vomitum eum nunq̄ꝫ in veritate bene
feciſſe. Inſuper ⁊ frater Nicolaus de
auſimo dictus ex ꝓuincia marchie ho=
mo ſcrupuloſꝰ valde in ſuo libello quē
quadriga voluit nominari in tractatu
de cōfeſſione dicit in ſententia iſta ver
ba. Apparet non cũ eſſe vere contritũ
nec veram egiſſe penitentiã qui breui
ſpacio ꝑſeuerauerit in bono: ⁊ quaſi re
ciduauerit. Pro quibus omnibus cō
futandis notandum eſt ſm̄ doctrinã
Alex de ales in. iiij. volumine ſumme
ſue. ꝙ veritas penitentie accipit̃ dupli
citer ſicut ⁊ veritas cuiuſlibet virtutis.
Uno modo em̄ virtus vera dicitur q̄
habet verum virtutis opus vl' nata eſt
habere q̄ꝫtum eſt de ſe: ⁊ hoc dicit̃ eſſe
de eſſentia virtutꝭ. Alio modo dicitur
virtus vera q̄ producit in finē ⁊ hec ve
ritas nō eſt eſſentialis virtuti: ſꝫ tm̄ di
cit virtutis continuationem. Si ergo
primo modo dicatur penitentia vera
que verum virtutis habet actum ſic de
penitentie veritate eſt deteſtari malũ
cōmiſſum: ⁊ ꝓ illo tempore nullum cō
mittere ⁊ de futuro proponere non cō
mittere. In hoc ſtatu ſi quis decederet
ſaluus eſſet: ⁊ tm̄ ab his oĩbus poteſt
homo cadere: ⁊ ita a penitētia vera ve
ritate primo modi dicta Si autem di
catur penitentia vera que perducit in
finem vt finalis ⁊ cōtinuata ab hac nō
eſt cadere. Nam ſi quis longe tempo=
re in penitentia permanſiſſet in qua ſi
fuiſſet mortuus fuiſſet aggregatus nu
mero electorũ: poſtea in peccato mor
tali moreretur preterita penitentia ipſũ
non ſaluaret Non remanet tamē quin
penitentia illa nō fuerit vera ĩmo etiã
veriſſima: ⁊ ab illa poteſt homo cade=
re. Patet hoc in niniuitis hominibus
qui penitentiam agentes in predica=
tione Ione ſubterfugere ſubuerſionis

interitum meruerunt. Non em̄ conſe-
cuti fuiſſent gratiam niſi illa fuiſſet pe
nitentia. Et tn̄ notatur in.c. Sicut igi
tur niniuite. ꝺ pe.di.iij. quia poſtea ad
vomitum ſunt reuerſi ex ira dei eorum
ciuitas a rege medoꝝ ſubuerſa eſt re
gnante apud hebreos Joſia. Et etiaꝫ
ad hoc conueniens eſt exemplum Da
uid de quo ſcđi Re.xij.c. dicitur. ꝙ de
peccato mortꝰ vere penituit: ꝛ dn̄s pe
nitentiam eius acceptauit Poſtq̄ꝫ pec
cauit iterum numerando populum: put
plenius legitur.ij. Re. penl.c. Et nihilomi
nus prima eius penitentia a qua ceci
dit fuit vera Intelligēde itaqꝫ ſunt au
ctoritates in contrarium adducte. Nā
ſm Gratianum de pe.di.iij.c. Sꝫ ver
ba. Illa verba auctoritatum non ad di
uerſa tempora: ſed ad idem tempus re
feruntur vt ſcꝫ eo tempore quo quis de-
flet mala que cōmiſit ꝛ penitentiam fa
cit non peccet ꝛ ſcelera non cōmittat.
Penitentia equidem habet eſſe in li-
bero arbitrio ſm ſtatum vie quod con
uertibile eſt: ꝛ poteſt a bono in malum
ꝛ a malo in bonum ſepius exire

Capl'm ſm qualiter deus non tm̄
ſemel: ſed pluries pctōribus penitenti
bus remittit omnia peccata et quare
penitentia poteſt iterari baptiſmus ve
ro non

Secūda cōcluſio dicitur Replica
tionis. Nā licet homo poſſit a
vera penitētia cadere in pctm̄
poteſt tamē ſepius per penitentiaꝫ ſur
gere ꝛ dei miſericordiam inuenire.
Contra quā ſententiam plurimiqꝫ
conueniunt aſſerentes nō niſi ſemel cō
ceſſum peccatoribus fore per peniten-
tiaꝫ a peccato reſilire Et licet homo vt
dictum eſt a vera penitētia valeat rue
re non tn̄ poteſt penitentiam iterū age
re fructuoſam Arguunt autem quod
Ambroſius dicit in.c. reperiūtur ꝺ pe. di.
iij. Sicut vnum eſt baptiſma: ita vna ē
penitentia: quibus rn̄dendum eſt ſm
Hoſt. in.iiij. di.c.iiij. Qui dictum Am-
broſij intelligit de penitentia ſolēni ſm
morem aliquarum eccleſiarum: nō au
tem de penitētia cordis qua peccator
mente ad deum conuertitur. ꝙ aūt pe
nitentia poſſit iterari baptiſmus vero
non probatur tripliciter. Primo qꝛ
in baptiſmo imprimitur caracter qui ē
indelebilis. In penitentia vero non
Secundo quia baptiſmus ē contra
morbum non iterabilem qualis eſt ori
ginalis culpa. Sed penitentia contra
morbum iterabilem qualis eſt morbus
peccati actualis ꝛ medicina debꝫ apta
ri morbo Tertio quia baptiſmus ha-
bet totam efficatiam a paſſione chriſti
Sꝫ penitentia non tantum a paſſione
criſti: ſed etiam ab actu noſtro Jō ba-
ptiſmus non iteratur ſicut ꝛ peniten-
tia. Penitētia vero iteratur ſm ꝙ vo-
luntas noſtra conuertitur ꝛ reuertitur
dicere ergo ꝙ penitentia nō poſſit ite-
rari eſt error crudeliſſimus claudēs vi
ſcera diuine miſericordie cogens om-
nes peccatores ad deſperandum ſciāt
igitur omnes pctōres. ꝙ deus miſeri-
cors ꝛ clemētiſſimus paratus ē indul
gere: non tantum ſemel: ſꝫ bis ter mil-
lies ꝛc. Unde ꝛ dicit dominus Jeſus
Mat.xviij.c. Interrogāti Petro ꝛ di
centi Si peccauerit in me frater meus
vſqꝫ ſepties dimittaꝫ ei. rn̄dit ei Jhus
Non ſolum tibi dico vſqꝫ ſepties: ſed
vſqꝫ ad ſeptuagieſ ſepties. i. totiēs quo
tiens ſm Hier. Et ponitur numerus fi
nitus pro numero infinito. Hec Au-
guſtinus. de penitē. di.iij.c. Adhuc in
ſtant ait. Quoniam quotidiana ē con
feſſio oportꝫ vt quotidiana ſit remiſſio
Cur docuiſſet dn̄s orantes dicere: di
mitte nobis debita noſtra niſi ipſe no
bis pſeueret miſericors qui nos ab hac
petitione non vult deficere. hec .ſ. aug.
Hieronimus aūt ad Ruſticum ſcribit
ꝛ notatur ea. di.c. ſepties. Septies in
die cadit iuſtus: et reſurget. Si cadit

quõ iuſtus: ſi iuſtus quõ cadit: ſed iu-
ſti vocabulum nõ amittit qui ꝑ pniam
ſemꝑ reſurgit: ⁊ nõ ſolũ ſepties: ſed ſep
tuagies ſepties delinquẽti: ſi cõuertat̃
ad pniam pctã donant̃: cui plꝰ donat̃
plus diligit. hec ille. Ad h̃ iteꝝ Lactã
tius. vi. li. diuinaꝝ inſtitutionũ aduer
ſus gentes ait. Nemo em̃ poteſt eſſe tã
circũſpectus: tam prudens: quin aliqñ
labat̃. Et idcirco deus inbecillitatẽ no
ſtram ſciens ꝓ ſua pietate aperuit ho-
mini portũ ſalutis huic neceſſitati cui
fragilitas noſtra ſubiecta eſt medicina
penitẽtie ſubueniens. Et leo. de pe. di.
i. c. Multiplex miſericordia dei inquit
Multiplex miſericordia dei ita lapſibꝰ
humanis ſubuenit: vt nõ ſolũ ꝑ baptiſ
mi gratiã ſed etiã ꝑ pnie medicinã ſpes
vite repet̃ eterne. vt qui regenerationis
dona violaſſet ꝓprio ſe iudicio, damnã
tes ad remiſſionẽ criminũ ꝑueniret̃ hec
ille. Quid igit̃ pctõres ſe excuſando re
ſpondebũt. Quid gratioſius poſſunt
audire de deo: qui tot multiplicat̃ vi-
cibus veniam pollicet̃ his qui ab eius
amore: nõ ſemel tm̃: ſed totiens ꝓpria
malicia cadunt. Aperi cor tuũ o pctõr
negligens. Et vide ſi erga te blandus
ſit deus. Eſto quippe vt nunc ad ipm̃
reuertaris. Et dicas ei peccaui: Et ſta
tim indulget tibi Et modico interual
lo tpis occurrente iterum pctã priſtina
vel peiora cõmittens ſi reuertat̃ ad de
um: ⁊ dicas ei. Heu me infelicẽ pecca
ui: doleo Ignoſce mihi adhuc iterum
impetres qđ optas adhuc: poſt paulu
lum propoſito bone volũtatis via reli
cto recidiuas grauiora facinora proſe
quendo poſtq̃ʒ ſi compuncto corde ad
deum clamantes ꝓ remiſſione impe-
tranda exaudiet te.

Capl'm tertiũ qualiter deꝰ remittit
pctõri penitenti multa pctã: nec ꝓpter
multitudinem negat ei veniam

Tertia concluſio dicitur multi-
plicationis. Oſtendit enim de
us peccatoribus caritatem ſuam cuʒ ſi
in vno ſolo ſi fieri poſſet omnium ma
lorum: ſiue demonum: ſiue hominum
eſſent peccata omnium hereticoꝝ ido
latraru omnium homicidarum: ⁊ hu-
iuſmodi. Hic tñ ad deum conuerti de
ſiderans benigne ſuſcipitur nec deſpi
citur ob tantam congeriem peccatoruʒ
iniquitatũq; quod vtiq; verum cõſtat
eſſe auctoritate. Iſaiaſq; i perſona dei
xliij. c. ait. Deleui iniquitates tuas vt
nubem: ⁊ quaſi nebulam peccata tua.
Dicit iniquitates in plurali ad notan
dum ꝙ plura ⁊ multa peccata remittit
etiam ſi in vno inueniantur Idipſum
voluit dñs oſtendere per Ezechi. xviij
c. Ubi ait. Si impius egerit pniaʒ ab
omnibus peccatis ſuis que operatus
eſt: ⁊ cuſtodierit vniũſa precepta mea
⁊ fecerit iudicium ⁊ iuſtitiam vita viuet
⁊ non morietur omniuʒ iniquitatũ eiꝰ
quas operatus eſt non recordabor Di
cit ergo deus remiſſurum ſe nõ aliqua
ſi oĩa atq; ſe nõ recordaturuʒ Aduẽten
dum tñ eſt in eo ꝙ dicit Non recorda
bor quia recordari poteſt dupliciter in
telligi Primo q̃ʒtum ad ſimpliceʒ ob
liuionem ⁊ h̃ modo non conuenit deo
quia omnia ſibi preſentia ſunt preteri-
ta preſentia ⁊ futura. Alio modo non
recordari poteſt intelligi q̃ʒtuʒ ad vin
dictam ⁊ punitionem ſi quis recorda
tur de alicuius peccato non tamen ad
ipſum puniendum ⁊ iudicandum: et
hoc modo nõ recordari dicitur de deo
Cum ergo dicitur Nõ recordabor: ſen
ſus eſt iſte. Cum peccatorem penitentẽ
conſpexero: ita eum videbo ac ſi nunq̃ʒ
peccaſſet. Igitur ex auditu anima vo-
cem clamantis dei qui ad te loquitur:
tibiq; dicit coniux mea. Tu fornicata
es cum amatoribus multis. tamen re-
uertere ad me ⁊ ego ſuſcipiam te. Cur
tã dura es. O ingrata creatura: cur nõ
mollitur cor tuum ad vocem tam dul-
cem celeſtis ſponſi forte dices. Timeo
ipſum et deſpero propter multitudinẽ

peccatoꝝ meorū: an non audiuiſti que
dixi paulo ante. Sȝ adhuc vt ſpes tua
ſubleuet̃ ſpeculare ꝛ conſidera illā pec
catricem magdalenam cui dn̄s pecca//
ta dimiſit. O q̄ multa et varia cōmiſe
rat cōtra deum cum ꝑditione animaꝝ
ſuoꝝ proximoꝝ ꝛ tn̄ ſcribit̃ Luc. vij. c.
Dixit ieſus xp̄s Phariſeo qui de ipſa
murmurabat Remittunt̃ ei pctā mul
ta. Marcus in euangelio ſuo aſſerit ie
ſum xp̄m ab illa eieciſſe. vij. demonia
ꝑ que ſm̄ Greg. in omel. ſuꝑ Luc. vi//
cioꝝ vniuerſas deſignatur. O magna
olim peccatrix nunc vero ſancta q̇d re
miſit tibi lacrimanti criſtus Nunquid
vnum pctm̄ certe inquiet omnes euan
gelicā vocem ꝑſcrutantes non vnū ſed
plura mihi demiſſa ſunt vtinam oēs
pctōres mundi ad pedes ieſu currerēt
ſicut ꝛ ego: quia vnicuiq̄ diceret Re//
mittuntur tibi peccata tua que omni//
bus nobis remittat dn̄s noſter Jeſus
xp̄s ſaluator ſeculi concedens hic no//
bis gratiam demum perducēs nos ad
eternā gloriā qui ſit bn̄dictus exaltat⁹
magnificatus in ſe. ſecu. Amen

Sermo quintus de diuina caritate
in quo oſtenditur q̄ ardens ſit amor
diuinus vt ſaluentur pctōres etiam in
extremo vite ſi vere penitentiam egerit
libenter ſuſcipit.

Venite ad me
omnes qui laboratis et
onerati eſt. iterū vbi. ſ. ꝛc̄
rem grandem d caritate diuina aggre
diar in pn̄ti ſermone in q̄ contemplabi
mur latitudinē diuini amoris qui tam
vehemēs ꝛ ardentiſſim⁹ eſt erga quoſ//
libet pctōres vt ſaluent̃ vt poſt inuete
ratam in malis ꝯſuetudinē diuturnaȝ
q̄ ꝑſeuerantiaȝ ſi ſe corrigere voluerit
benigne adhuc eis veniaȝ p̄bet hec vti
q̄ in quinta flāma amoꝝ ſaluator ex//
preſſit: cū dixit Venite ad me. o. q̇. la. ꝛ
onē. eſtis. ꝛc̄. Onus ſiquidem pctoꝝ ve
tuſtatem ꝯſuetudinem q̄ deſignat que
aggrauant illos qui penitentiam diffe
runt nō ſolum vſq̄ ad decrepitā ſene//
ctutem: verꝫ etiā vſq̄ ad extremuȝ vite
his tn̄ ita tardis ac ſero penitentibus
ſpondet redemptor mundi pctōruȝ in
dulgentiam Ob q̄d in preſenti ſermōe
aperiam hanc flammam amore ſolito
ſub triplici concluſione.

Prima cōcluſio vocatur difficultas.
Scd̄a concluſio vocatur poſſibilitas.
Tertia cōcluſio vocatur remiſſibilitas.

Caplm̄ primū qualiter hi ꝑ pn̄iam
differūt vſq̄ ad extremum vite vix pn̄t
vere penitere propter impedimenta q̄
poſſunt occurre

PRima ꝯcluſio dr̄ difficultas dif
ferre ſiquidē pn̄iaȝ vſq̄ ad extre
mum vite i malo ꝑſeuerando pi
culoſiſſimuȝ eſt: q2 difficile eſt vt poſſit
quis tūc digne penitentiā agere ꝑpter
quīq̄ impedimenta q̄ pn̄t occurrere
Primū dicit̃ paſſionum alteratio
Scd̄m dicit̃ caritatis priuatio
Tertium dicit̃ in peccatis habituatio
Quartum dicit̃ diaboli impugnatio.
Quintum dicit̃ ꝑpinquoꝝ inimicatio

Primū impedimentū dr̄ paſſionuȝ
alteratio. Solet em̄ euenire q̄ in extre
mitate vite qn̄ pctōres inflāmant̃ i ſen
ſitiua ꝑte adeſt maxim⁹ dolor ꝛ timor
maxim⁹ ꝛ qn̄q̄ vtiq̄ ſil' ꝛ vtraq̄ paſſio
paſſio aūt vehemēs nata eſt īpedire li
berū arbitriū ꝛ vſum libere rōis ꝛ volū
tatis. Et lȝ oēs noſtre paſſiōes rōem ꝛ
mentē hoīs triſtare hēant: tn̄ ſm̄ aug.
li. lxxxiij. qōnuȝ. q. xxxiij. Paſſiōes cāte
a triſtabilib⁹ pl⁹ moueret q̄ paſſiones
cāte a delectabilib⁹. Actus aūt diſpli//
centie de peccato ad hoc q̄ ſit ſufficiēs
ad pn̄iam veram neceſſario requiritur
habere vſum liberum rōnis qui multo
tiens propter paſſiones impeditur Ef
ficiuntur quippe multi frenetici: et nec
dei nec ſui valent recordari multi per
dunt loquelam cuȝ ſenſu et loqui quid
piam non poſſunt. Hinc Auguſtinus

in ſermone de innocētibus ait Hac ad
uerſione ꝑcutitur pctoꝛ vt moriēs obli
uiſcaꝛ ſui qui dū viueret oblitus ē dei.
Et h̄ Aug. de pe. di. vij. c. Nullus ait.
Nullus expectet qn̄ peccare nō pōt ar
bitrij ꝗrat libertatē vt delere poſſit cō
miſſa nō neceſſitatē. qui prius itaq3 a
peccatis relinquiꝛ ꝗ3 illa relinquat: nō
ea libere ſed quaſi neceſſitate condem
nat Scd̄m impedimentū dicitur cari
tatis priuatio Ad hoc em̄ vt diſplicen
tia pctoꝝ ſit deo grata eſt neceſſe ꝙ ſit
debite circūſtantionata circunſtantia
principij ⁊ finis. h̄ eſt ꝙ ſit voluntaria
ꝑpter deum. Vn̄ Aug. in predicto c.
Nullus. Scriptum ē inquit Neminē
ſine caritate poſſe ſaluari. Nō itaq3 in
ſolo timore viuit hō: quē ergo ſero pe-
nitet: oportz non ſolū deum timere iu
dicem: ſz etiam oportz diligere iuſtum
non tm̄ penam timeat: ſz anxietur pro
gloria hec ille Cum ḡ in tali extremita
te vite magꝰ quis timore ꝗ3 amore du
catur ad pniāz ꝑiculoſum eſt tale tp̄s
expectare Tertium impedimentum
eſt pctoꝝ habituatio: nam vt ph̄s di-
cit habitus eſt qualitas ꝺ difficili mo-
bilis Et frequentatꝰ actibus a ſuo obo
generatur habitus: cū itaq3 aliquis diu
turno tp̄e in mundi amore ꝑſeuerauit
difficilimum eēt ip̄m trahere vt mun-
dum nō diligat: ⁊ de ꝑdito mundo nō
doleat. Dicit nāq3 Gre. in morꝰ. Nun
ꝗ3 ſine dolore ꝑditur: qꝺ cū amore poſ
ſidetur. Vidi ⁊ ego multa exempla de
h̄ Nam cū diues quidam laboraret in
extremo: ego eum monebā vt animam
ſuā deo cōmitteret Ipſe vero ſentiens
a ſuis domeſticis ⁊ familiaribus ꝑ do
mum diſcurrētibus ꝯtractari bona ſua
cum ſuſpirijs dicebat. heu me. heu me
tm̄ laboraui ꝑ his bonis adipiſcendis
⁊ mō diripiunt mihi O diuitie mee O
pecunie mee O iocalia mea quis vos
poſſidebit. Inter hec ⁊ hmōi parum ꝺ
ſuā ſalute ſolicitus miſerrimus expira
uit Fuit aliud exemplum etiam huic ſi
mile in ciuitate ſpoleti. Ibi enim erat
puella quedam formoſa q̄ vanitatibus
ſemꝑ intenta erat: ⁊ nihil de futura vi
ta cogitabat hoc infirmitate ꝑcuſſa mo
nitiones ⁊ exhortationes ſalutꝭ abhor
rebat. Tandē cum cerneret ſe ſugiune
re non poſſe petiuit cuncta ad ornamē
tum corporis ſpectantia: ⁊ cum ſe or-
naſſet quaſi nuptias viſitaturā cū ſin-
gultibus ⁊ ſuſpirijs. En moriar dicēs
en dilectam mihi vitā ablatam conſpi
cio. O diabole ſuſcipe animā meam in
ter hec verba expirauit damnata ⁊ de
ſperata. Quartum impedimentum
dicitur impugnatio diaboli. Ingerit
nanq3 diabolus graues tētationes cū
aliquem appropinquare fini cōſpicit
De quo pſal. pſ. ix. ait. Inſidiatur i ab
ſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua: q2 ⁊
ſi a circūſtantibus non videatur appa
ret tn̄ durus ⁊ grauis his qui ad mor-
tem corporalē laborant. Vn̄ Beda re
fert in geſtis angelorum. ꝙ rex quidā
Anglie fernandus nomine habuit mi
litem in armis probum: ſed corruptū
in moribus qui frequenter admonitus
in ſalutem anime contemnebat ſe cor-
rigere. Cum autem improuiſa infirmi
tate feriretur a rege viſitatur ⁊ monet
ad penitentiā: qui renuit dicens ꝙ vi
deretur hoc facere ex timiditate cordis
Cū vero ad mortꝭ deduceret terminos
iterū rex viſitauit eum monēs vt peni-
teret. Qui dixit O dn̄e mi rex tarde eſt
cū iam ſim iudicatus ⁊ damnatus: iō
nō poſſum penitere: q2 paꝝ anteq3 in-
greſſus fuiſti domū illam intrauerunt
duo clariſſimi iuuenes: quorum vnus
ſedebat ad pedes lecti mei: alius ad ca
put: qui ⁊ dixerunt Iſte adiudicatus
eſt morti. Videamꝰ ſi aliquid ius ha-
beamus in eo. Et vnus extraxit librū
ſpecioſiſſimum de ſinu meo. Sed val
de paruulum litteris aureis ⁊ fulgen-
tibus ſcriptum in quo legens vidi ali-
qua parua bona que feceram i iuuētu
te mea anteq3 mortaliter peccaſſem. Et

cum miro mõ exultarem in visione eo
rum Ecce duo deterrimi demones in
trauerunt ⁊ portauerũt vnũ magnũ li
brũ scriptũ deterrimis lr̃is: ĩ q̃ vidi scri
pta omnia pctã mea: atq; mea flagitia
⁊ dixerũt dictis angelis qui hic erant·
Quid hic facit⁹ cũ in eo nullum bonũ
ſiue rectum habeatis: ⁊ liber veſter ni-
hil valet. Sz bñ noſter Angeli aũt re-
ſponderũt q̄ verum eſt: ⁊ receſſerunt·
Et hi duo demones cruciant me qui-
bus dict⁹ expirauit Nec tñ malis dia
bolus moleſtus ē in extrema vita: ve℞
etiam ⁊ bonis ⁊ ſanctis Reſcribit Ci
rillus ad Aug⁹. in tranſitu Hieronimi
q̄ Euſebius vir ſanctiſſimus olim di-
ſcipulus Hiero· cum eēt d̾ vita migra
turus aduenienti aũt die qua ſe ex Hie
ronimi reuelatõne migrari ſciebat die
iij. ꝑeunte labore febrium cõcuſſus va-
lide ſe ſup terram glorioſi hiero. magi-
ſtri ſui non ĩmemor nudũ deferri fecit
a fratribus ⁊ a ſingulis oſculũ accipiẽs
benigna eos conſolatione confortauit
vt in ſancto manerẽt ꝓpoſito Deinde
ſaccum quo opiebat̄ glorioſus hieroni
mus deferri ⁊ ſupra deponi fecit Ordi
nauitq; ſe nudũ ad inſtar glorioſi Hie
ro. magiſtri ſui extra eccleſiaz in qua ia
cebat ſcti hiero. cadauer ſepeliri Poſt
h̾ corpe dñi noſtri ieſu criſti ſe muniẽs
deo ⁊ beato hiero. deuote ſe cõmenda
uit ⁊ ſic ꝑ triduum locutione corporali
ac priuatus viſione circũſtantibus al-
ternatim fratrib⁹ ſplateriũ paſſionem
dñi: ⁊ alia ſacra cõtinue legentibus ia
cuit Dux quippe h̾ qd̾ narro ait Ciril
lus ⁊ cunctis rõne degentibus formi-
dabile: die quo moriturus erat añ bea
te anime exitum ꝑ duas horas venera
bilis Euſebius cepit ita terribiles act⁹
pagere q̄ circũſtantes monachi pauo
re pterriti illum timentes in terra iace
bant Nam q̃ncunq; tranſuerſis oculis
manibus ſimul iunctis voceq; dura fa
cie terribili clamabat Nõ faciã non fa
ciam Mentiri⁹ mentiris Poſt h̾ ad ter
ram rediẽs faciẽ ſuaz in terra firmabat
q̃tum poterant clamãs Adiuuate me
fratres ne peream Qd̾ monachi videñ-
tes oculis lacrimantibus eũ interrogã
tes dicebant quid eēt Ad quos ille nõ
ne vidiſtis demonũ agmina q̃ me de-
bellare cupiunt Et illi Quid te factu℞
volebant cũ dicebas: Non faciaz menti
ris. ait ille Conabant̄ nanq; vt dei no
men blaſphemarẽ Tũc eñ h̾ facere ne
gabam ac clamabã at illi Quare pater
abſcondebas faciẽ tuam in terram Re
ſpondit. Ne eo℞ conſpectum viderem
qui tam turpis ⁊ terribilis ē q̄ omnes
qui ſunt in mundo reſpectu eius nihil
ſunt Tandẽ apparẽte Hieronimo glo
rioſo feliciter expirauit Et ſi g̃ amicus
dei tam durum ꝑlium cũ diabolis eſt
congreſſus: quid faciẽt igitur demões
his qui dei ſunt inimici: iõ ſeruanduz
ē illud Sapi. ecc. v. c. Ne tardes cõuer
ti ad deum Nec differas d̾ die in die℞
ſubito eñ veniet ira illius ⁊ in tpe vin
dicte diſp̄det te Quintum impedi-
mẽtum ē amico℞ ſeu ꝓpinquo℞ inimi
catio: vt eñ dñs Mat. x. c. dixit Inimi
ci hominis domeſtici eius Conuenit
eñ illud diuitibus ⁊ magnatibus qui
bus in fine nullus audet nominare cõ
feſſionẽ vl' ſatiſfactionem Sz qui ſunt
amici ſollicitãt ſi quid d̾ ſuis bonis ra
pere poſſint O quot moriunt̄ ſine peni
tẽtia ꝓpter culpam ꝓpinquo℞ Hinc ē
q̄ ecclia medicis ꝑceptuz dedit: extra
d̾ pe. ⁊ remiſ. c. Infirmitas: dicẽs Cu℞
infirmitas non nunq̃ ex pctõ ꝓueniat
dicẽte dño languido quẽ ſanauerat va
de ⁊ amplius noli peccare: ne deteri⁹
tibi ɔtingat pñti decreto ſtatuim⁹ ⁊ di
ſtricte pcipimus medicis corpo℞ vt cũ
eos ad infirmos vocari ɔtigerit ipſos
añ oĩa moneant ⁊ inducant vt medi-
cos aduocent animarum: vt poſtq̃ in
firmo fuerit de ſpirituali ſalute proui-
ſum ad corporalis remedium medici-
ne ſalubrius ꝓcedatur cum ceſſante cã
ceſſat ⁊ effectus. Hec ille· Cum itaq;

ex predictis aliiſq; impedimentis ſepe
penitentiã differentibus periculũ gra
ue imminet non eſt vſq; in finem ſecu
rum tardare

Capitulum ſcdm qualiter non ne-
gatur peccatoribus penitentia etiã in
extremo vite: ⁊ q de nullo pctõr eſt de
ſperandum in hac vita.

Secunda ꝯcluſio dicit poſſibili-
tatis Nam ⁊ ſi ſit difficile vt hõ
qui diu ĩ malo pſeuerauerit ad
bonã viam redeat nõ tñ eſt impoſſibile
ĩmo pt eſſe vt quiſpiam omni tpe vite
ſu⁊ fuerit malus ⁊ tñ in vltimis ad deũ
reuertatur: pbatur equidem hec quin-
tuplici via

Prima via dicitur auctoritatis
Secunda via dicitur libertatis.
Tertia via dicitur precepti maieſtatis
Quarta via dicitur caritatis
Quinta via dicitur exemplariratis.

Prima via dr auctoritat⁊: pbat em̃
eſſe poſſibile vt hoĩes ad ſalutẽ veniãt
poſt diuturnã in pctis ꝯſuetudinez au
ctoritate aug. ⁊ ponit de p. di. vii. c. ne
mo Nemo eſt deſperãdus dũ in hoc cor
pore ꝯſtitutus eſt ⁊ idẽ in li. de vita cri
ſtiana ait Nõ nullos ſcim⁹ et legimus
q̃ antea aut ignorantie cecitate: aut cauſa
pfidie: aut adoleſcentie vanitate dece
pti multipliciter ⁊ vario pctõr genere
tenebant obnoxii: ⁊ p ſuſtinentem dei
clementiſſimã pniam potius ab errore
conuerſi maiora adhuc opa feciſſe iuſti
cie q̃ʒ ante pctã cõmiſerãt Scda via
dicit libertat⁊ anteq̃ʒ em̃ de corpe exeat
aĩa vnuſquiſque viator liber eſt: et de
cõi lege ad bonũ ⁊ ad malũ pn⁹: vñ ſic
ſe hʒ vnuſq̃ſq; pctõr ad bonũ ſic q̃libet
iuſt⁹ ad malũ Sʒ q̃ʒdiu in li. ar. ſum⁹
vnuſquiſq; q̃ʒtũ lʒ ſcũs ſecur⁹ eẽ nõ pt
ita ⁊ oĩs pctõr q̃ʒtumcũq; neq̃ʒ deſpe-
rare nõ dʒ Propterea Hiero. ad Ju-
lianum ait. Et em̃ ſancti corruũt ſi fue
runt negligentes ⁊ pctõres priſtinum
recipiũt gradũ ſi ſordes fletibus laue-
rint Hoc quidem dico vt te nõ terreãt
deſcendẽtes: ſed puocent aſcendentes
nunq̃ʒ a malis exemplũ ſumit: et in re
bus ſeculi ſemp aperte meliori incita-
menta ſalutis ſunt virtutum. hec ille

Tertia via dicit precepti maieſtat⁊
Nã ſatiſfacere deo vſq; ad extremũ eſt
oĩbus pceptum. precepit nanq̃ʒ deus
pniaʒ indifferenter pctõribus Sed vt
ait Aug⁊. in ſermone ꝯfeſſor Seruum
pigrũ non damnaret ſi ea q̃ fieri nullo
mõ poterant imparet. g̊ indifferenter
omnes peccatores poſſunt facere peni
tentiam. Quarta via dicit caritatis
Omnes ex caritate tenent diligere pxi
mos ſuos ſiue ſint boni ſiue ſint mali:
ſed fundamentũ huius caritatis eſt: q
proximi poſſunt pticipare beatitudinẽ
ſed qui ſunt mali ſunt tanq̃ʒ pximi ex
caritate diligendi: ergo poſſunt parti-
cipare beatitudinem. Sed hoc nõ poſ
ſunt q̃ʒdiu in pctõ ſunt ergo poſſunt a
peccato reſurgere. Quinta via dicit
exemplaritatis que pbat exemplo Le
gitur in legenda ſancti Andree. q ſe-
nex quidam nomine Nicolaus adiit
ad ſanctũ Andream dicens Dñe ecce
lxx. anni vite mee in quibus luxurie de
ſeruiui: accepi aliqñ euangeliuʒ orans
deum vt mihi ammodo ꝯtinentiaʒ lar
giret: ſed in ipo peccato inueteratus ⁊
mala concupiſcentia inflammatus ſta
tim ad opus ſolitum reuertebar. qua-
dam autem vice oblitus euangelii q̃d
ſuper me poſueram ad lupanar iui: ſta
tim que meretrix dixit mihi. egredere
ſenex egredere quia angelus dei es tu
ne me contingas: neq̃ʒ huc accedere p
ſumas Video em̃ ſup te mirabilia Stu
pefactus recolui q mecum euangeliuʒ
retuliſſem. Nũc ergo ſancte dei pro ſa
lute anime mee pia tua oratio interce
dat Audiens hoc beatus andreas fle
re cepit: et a tertia vſq; ad horam no-
nam orauit: et ſurgens comedere no-
luit: ſed dixit. Non comedam niſi ſciã
ſi deus miſerebit iſti⁹ ſenis. Cunque

diebus.v.ieiunaſſet venit vox ad An//
dream dicens O patiens andrea pro
ſene. Sz ſicut ieiunijs maceraſti te: ſic
et ipſe ſe affliget ieiunijs vt ſaluetur.
Qd ꝛ ipē menſibus.vi.in pane ꝛ aqua
ieiunauit: ꝛ poſtmoduz plenus bonis
oꝑibus ī pace quieuit Venit ergo vox
ad andream dicens Per orōnez tuaz
Nicolaum quem ꝑdideram acquiſiui
ergo ex his colligimus ꝙ nemo ſi tam
prauus qui poſt retenta facinora lon//
go tp̄e penitere non poſſet: aliud enim
eſt dicere ꝙ ſit difficile: ꝛ aliḋ ꝙ ſit im
poſſibile. primum verū eſt: ſcḋm nō ſo
lum falſum ſed hereticū et cōtra omnē
veritatem ſcripture.

¶ Capitulum tertium qualiter ſi nun
q̄ homo bn̄ feciſſet. ſed ſemper fuiſſet
malꝰ tn̄ in vltimo vite penitentiā age//
re deus ſibi indulgeret

Tertia cōcluſio dicit̃ remiſſibili
tatis. Poſito em̄ ꝙ aliquis to
to tp̄e vite ſue inimicus dei fue
rit nihilqz boni oꝑatus eſſet ab infan//
tia: vel in pueritia: vel in adoleſcentia:
vel iuuētute: vl' deniqz in ſenectute ad
huc de illius ſalute non eſt deſperan//
dum Talis egrotat grauiter nihil co//
gitans de emēdatione nō ſic eſt deſpe
randū incipit laborare ī extremis: nec
agit pn̄iaz: adhuc non eſt deſperandū
ducit̃ ad talē terminum ꝙ non p̄t am
plius dicere niſi hec ꝟba Peccaui dn̄e
deus miſerere mei. Si ex corde talia
loquitur tam ampliſſima eſt dei miſeri
cordia ꝙ indulget ſibi omnez vitā ma
le actam: ꝛ aſcribit cum in numero ele
ctoꝝ: et h̄ ꝓbat̃ quintuplici teſtimonio
Primū eſt Hieronimi
Scḋm eſt Leonis pape.
Tertium eſt Julij pape.
Quartum eſt Cipriani
Quintum eſt celeſtini.

¶ Primum teſtimoniū eſt Hiero. ad
paulā de dormitione bleſille q̄.xx.ſue
etatis anno diē clauſit extremū dicen//
tis ſic. Cū ſanctū corpuſculū febrium
ardor ex eō quereret ꝛ ſeminatū mē ī le
ctulo vallaret circulus propinquoꝝ h̄
in extremis verba mādabat. Orate do
minum Jeſum vt mihi ignoſcat q: im
plere nō potui qḋ volebam. ſecura eſto
o mi bleſilla. Confidimꝰ ꝓbantes ꝟba
q̄ dicimus nunq̄ eſt ſera cōuerſio vox
h̄ primū in latrone dedicata eſt Amen
dico tibi: hodie eris mecum in ꝑadiſo.
Et idē ad Damaſum papaz: Et poni
tur de p.di.i.c.importuna: xp̄s inquit
de cruce in ꝑadiſum latronez tulit: ꝛne
quid aliq̄ſ̄ ſeram conuerſionē putaret
fecit homicidij penā martiriū Scḋz
teſtimoniū eſt Leo.pape. Et notat̃ in
decretis.xxvi.q.vi.c.his qui de tp̄e: vbi
ait. Miſericordie ſdei neqz mēſuras poſ
ſumus ponere: neqz tp̄a diffinire apḋ
quē nullas patit̃ venie moras ꝯuerſio
dicente in ſpū dei ꝓpha: cū ꝯuerſus in
gemueris ſaluus eris Tertium teſti
moniū eſt Julij pape.xxvi.q.vi.ca. Si
preſpiter vbi ait. Vera confeſſio in vl
timo tp̄e p̄t eſſe: q: dn̄s non ſoluz tp̄is:
ſed etiā cordis inſpector eſt: ſicut latro
vniꝰ momēti tp̄is meruit eſſe in paradi
ſum in hora vltime ꝯfeſſionis Quar
tum teſtimoniū ē Cipriani ī ep̄la ſcḋa
ad Demetrianuz qui dicit In iſto ad
huc mūdo ꝑmanenti nulla pn̄ia ſera ē
ptz ad indulgentiā dei additis ꝛ q̄ren
tibus atqz intelligentibꝰ veritatē facil'ē
acceſſus Quintū teſtimoniū ē celeſti
ni pape.xxvi.q.vi.c.agnouimꝰ.ꝑdidiſ//
ſet ait latro in cruce p̄miū ad xp̄i dexte
ram pendēs ſi illū hore vniꝰ pn̄ia non
iuuiſſet cū eſſet in pena penituit ꝛ pro
vnius cōfeſſione ſermonis habitaculū
ꝑadiſi eo penitēte ꝓmeruit: ꝟa ad deū
ꝯuerſio ī vltimis poitoꝝ mēte potius ē
eſtimāda q̄ tp̄e.ꝓpha h̄ taliter aſſerēte
cū ꝯuerſus īgemueris tūc ſaluꝰ eris.hec
ille. Ptz ḡ ꝙ largiſſima ē dei caritas: ꝛ
effuſa pietas illiꝰ q̄ nō tm̄ pctā relaxat
ſz etiā ex modica pn̄ia feditiſſimos pec
catores ad ſuā gr̄am ſuſcipit quaz nob
ipē largiat̃ qui eſt b.in ſe.ſe.amen

¶ Sermo ſextus ꝺ diuina caritate in quo apitur ꝙ inextimabile ſit precium noſtre redemptionis: vbi offert̄ copioſiſſime ſanguis xp̄i vt peccata aboleantur: quem ipſe criſtus paſſus offert omnibus gratioſe ⁊c̄.

**Venite ad me** omnes q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊c̄. Cupienti ſcire profundū diuine caritatis neceſſarium eſt īſpicere dei filiū in cruce pendentem qui vt paterne iuſticie ſatiſfaceret recuparetqꝫ ꝑditum humanū genus voluit precioſum ſanguinem ſuū effundere cuius ꝟtute nobis pctā condonant̄: gratia cōceditur et apitur ianua regni celoꝝ. Erant tm̄ tria que homines in celum conſcendere impediebant diabolica ptās: dei iuſta ſeueritas: ⁊ ꝓpria hominuꝫ malicia ꝓpter q̄ dignatus eſt mundi redemptor in ſuo corꝑe ſacratiſſimo ſuſcipe omne debitū ſatiſfactionis: vñ om̄es pctores ad deum volentes ſecurū habent acceſſum: cui nō ꝓpria merita ſed innocentꝰ ieſu meritū offerre valent: idcirco in preſenti ſermone de ſexta flamma diuine caritatis dicendū eſt: q̄ precioſitas nuncupat̄: de q̄ ſaluator dicit Ego. ſ. Ego ſum ille qui pctoꝝ veſtroꝝ p̄cium ſufficientiſſimū ſoluo Ad qꝺ plenius intelligendū notabimus tres conditiones crucifixi patientis oppoſitas impedimentis noſtre ſalutis

¶ Prima conditio dicit̄ abiectionis humilitas

Secunda dicitur doloris acerbitas

Tertia dicitur extrema paupertas.

¶ Caplm̄ primum de humilitate xp̄i in cruce q̄ vicit diaboli ſuꝑbiaꝫ q̄ impediebat homines ne ſaluarentur

**P**Rima cōditio vocat̄ abiectionis humilitas voluit ſiquideꝫ ieſus bn̄dictus a ptāte diaboli liberare nos ꝑ ſuā abiectioneꝫ ⁊ humilitatem mors quidē eius abiectiſſima ⁊ ignominioſiſſima ⁊ viliſſima fuit eo volente vt diabolū humilitate vinceret p̄t autē humilitas crucifixi oſtēdi ſi conſiderent̄ tria. videlicꝫ locus: tp̄s: ⁊ modus. Primo quidē fuit mors xp̄i abiectiſſima rōne loci: nā elegit Bethleeꝫ natiuitati ⁊ hieruſalem ſue paſſioni elegit: vt maior mortꝰ abiectio eēt ꝙ ortꝰ ſui extitiſſet gloria. erat eñ hierlm̄ metropolitana principalis ſedis magiſtri et ſacerdotij. Et iō ibi voluit pati ille qui erat Rex magiſter ⁊ ſacerdoſ ⁊ in cultu vnius dei ⁊ in magno populo. Nā dicit̄ actꝰ. ij. et erant habitantes hieruſalem iudei viri religioſi et omni natione que ſub celo eſt ⁊ ſubdit̄ Parthi ⁊ Medi et elamite: ⁊ qui habitabāt Meſopotamiam iudeam ⁊ cappadōtia pontum ⁊ aſiam frigiam ⁊ pāphilā Egyptum ⁊ ꝑtes Libie: q̄ eſt circa cirenē: ⁊ aduene Romani Judei quoqꝫ ꝓſeliti cretes ⁊ arabes. ex q̄ patet ꝙ eiꝰ mors fuerit maxime ignominie ꝓpter diffuſionē infamie ad omnes mūdi ꝑtes. Fuit etiaꝫ crucifixus in monte caluarie. vt Jo. xix. ſcribit̄ vbi impij cruciebantur ⁊ decapitabant̄. Hic quidē eſt mons in q̄ Abraam voluit īmolare filium ſuū Jſaac. Gen̄. xxij. Scꝺo fuit xp̄i paſſio ignominioſiſſima rōne tp̄is qꝛ paſſus eſt in feſto azimoꝝ: qñ de tota iudea populus Jſrael in hierlm̄ cōuenire debebat. nā ꝺm Nico. de lira. viri ter in anno tenebat̄ hieroſolimis et intereſſe feſto ⁊ apparere corā domino. Primo ī paſcate q̄ in anno illo fuit feria ſexta. ⁊ in tali die crucifixus eſt ihs Scꝺo in penthecoſten in memoriā date legis in monte ſynai. Tertio in ſcenophegia qꝺ idē eſt: qꝺ fixiō tabernaculoꝝ: ⁊ fiebat in memoriā. xl. annoꝝ quibus filij Jſrl̄ fuerūt in deſerto. Tertio fuit xp̄i paſſio vituꝑoſiſſima ratiōe modi: qꝛ crucifixus eſt in alto loco: vt ab omnibus videret̄ ⁊ poſitus eſt ī medio latronum tanqꝫ ipſe duobus illis

latronibus deterior extitiſſet. Hec autē
omnia ihs patienter tulit vt diaboli ex
uperaret ptātē. vñ ꝛ Jo apocꝫ. xx. c. ait
Vidi angelū deſcendentem de celo. i.
xp̄m hn̄tē clauem abyſſi: ꝛ cathenam
magnā in manu ſua: ꝛ apprehēdit dra
conem magnū ſerpentem antiquū: qui
eſt diabolus ꝛ ligauit eum ꝛ clauſit in
abyſſum ꝛ poſuit ſignaculū ſupꝑ ipſum
Per iſtum angelū ſm̄ oēs expoſitores
intelligiť xp̄s qui virtute ſua dyaboli
ptātē ligauit: ſed nō merito aliq̄s poſ
ſet obijcere. q. ſ. diaboli ptās non ē. nā
ligata. i. Pe. v. diciť. Sobrij eſtote ꝛ vi
gilate: qꝛ aduerſarius veſter diabolus
tanq̄ꝫ leo rugiens circuit querēs quē
deuoret. Et Ephe. vi. c. Non eſt vobis
colluctatio aduerſus carnē ꝛ ſangui-
nem: ſed aduerſus mundi rectores te-
nebrarū harū. Ad qđ rn̄det Alex. in. iij.
volumine ſumme. ꝛ Bon. in. iij. di. xix.
arti. i. q. iij: q̄ etiā magiſter ſn̄iarū in lr̄a
dicit: ꝑ paſſionem xp̄i liberati ſumus a
ptāte diaboli: oēs quidem q̄ntū ad ſuf
ficientiam: ſed illi ſoli qui ſunt de eius
corpore qđ eſt eccleſia q̄ntum ad efficatiā
qđ patet ſic Nam diabolus ante criſti
paſſionē habebat duplicē manum ſcꝫ
attrahentem ꝛ impellentē. Manus at
trahens erat ptās trahendi hoīes ad
limbum etiā iuſtos ꝛ ſanctos manus
impellēs erat ptās precipitandi in ma
lum vł ꝑ fallatiā: vł ꝑ violentiā: qꝛ ten
tabat vt draco: ꝛ tentabat vt leo. Pri-
ma manus attractiua erat tante potē-
tie vt null⁹ poſſet ei reſiſtere: ꝛ hec fuit
omnino amputata xp̄i paſſione. Jam
enī nullū iuſtum pōt ad limbum trahe
re: qꝛ ꝑ paſſionem xp̄i deletum eſt cyro
graphum peccati Ade Manum autē
impellentē habebat ita fortē vt cū ma
gna difficultate poſſet quis ei reſiſtere
Et ıđo in multis regnabat imo fere in
oībus: ꝛ oēs ſupabat: vel ꝑ fraudulen-
tiam: vł ꝑ violentiā: ꝛ hmōi poteſtas
debilitata eſt ꝑ paſſionē xp̄i: ꝑ quā lu-
men veritatis agitur cōtra diabolicā
fraudulentiam: ꝛ adiutoriū tribuiť vir
tutis cōtra diabolicā violentiam. appa
ruit aūt lumen veritatꝭ: interius ꝑ diui
nam inſpirationē. exterius ꝑ humanā
inſtructionē Jam itaq̄ꝫ fere oībus eſt
veritas ꝑpalata ꝛ iō deſtructa ē idola
tria q̄ prius regnabat. Adiutoriū etiā
virtutis attribuiť ꝑ gratie infuſionē q̄
reprimit cōcupiſcentiam: ꝛ hoc merito
paſſionis xp̄i quā diabolus abhorret
ꝛ timet. Et ſic poteſt ad obiecta rn̄deri
Quicunq̄ꝫ ḡ xp̄m interroget cur caput
non erigit in cruce Audiet illum proti
nus rn̄dentē. Heu q̄nta eſt ꝯfuſio mea
Ego ille ſum qui ieruſalem intrauerā
clamātibus pueris benedictus qui ve
nit in nomīe dn̄i. Et omni populo iu
bilante Et modo nudus patior in me
dio latronū vt hominē liberarē a dia
bolica ſupbia ꝛ poteſtate

Capitulum ſcōm de imenſo dolo-
re criſti in cruce quem ſuſtinuit vt ipſe
pro omnibus peccatoribus penitentiā
faceret

Secunda conditio criſti patiē-
tis fuit doloris acerbitas: vt
penas noſtras ipſe portaret d̄
quibus Jsaie. liij. c. ait. Vere languo-
res noſtros ipſe portauit: ꝛ nos puta-
uimus eum quaſi leproſum ꝛ ꝑcuſſum
adeo humiliatū Jpſe aūt vulneratus
eſt ꝑpter iniquitates noſtras: ꝛ attrit⁹
eſt ꝑpter ſcelera noſtra diſciplina pacꝭ
noſtre ſupꝑ eum: ꝛ liuore eius ſanati ſu
mus Omnes nos quaſi oues erraui-
mus vnuſquiſq̄ꝫ in viam ſuā declina-
uit: ꝛ dn̄s poſuit in eo iniquitatē omni
um noſtrū. Et. i. Pe. c. ij. Peccata no
ſtra ꝑtulit ſupꝑ lignum vt peccatis mor
tui iuſtitie viuamus cuius liuore ſana
ti ſumus. Que verba declarans magi
ſter in. iij. di. xix. ait Pctā portare ē pro
peccatis noſtris penā pati. voluit ita
q̄ꝫ Jeſus pro nobis. Ad cuius plenio
rem intelligentiam tria de ip̄o conſide
remus
Primo veritatē.

Secundo grauitatem
Tertio vtilitatem.
Primo conſideremus doloris chriſti
veritatẽ. Non eñ videt̃ quibuſdaʒ xp̄ʒ
vere doluiſſe: qꝛ arguũt primo ex quo-
dam dicto Hilarij in .x. li. de trini. vbi
ait. Uirtus corporalis ſine ſenſu pene
vim pene in ſe deſeuientꝭ excepit. Sed
verꝰ dolor nõ ẽ ſine ſenſu pene ğ ĩ xp̄o
nõ fuit verus dolor. ſc̄do arguũt ex di-
cto Dioniſij qui ad Jo. euangeliſtam
ita ſcribit. Abſit vt ego ita inſaniam vt
credam ſanctos aliquid pati ſ̄m corpo
ris paſſionẽ: ſed ſ̄m ſolũ iudicare ip̄os
ſentire credo. Si ğ hoc eſt veruʒ ſancti
nõ ſenſerunt paſſiones niſi ſ̄m iudiciũ
nõ ergo ſ̄m experientiã ğ patiendo nõ
habent dolorem verꝝ ergo multo minꝰ
ſanctus ſanctorꝝ xp̄s. tertio arguũt: qꝛ
Moyſes ieiunauit .xl. diebus. ꝛ .xl. no
ctibus ſine aliqua corꝑis leſione ꝓpter
continuam contemplationẽ. Si ğ con
tinuatio vel ꝑfectio contemplationis
aufert paſſionem ꝛ ſenſum famis pari
rõne videtur ꝙ aufert ſenſum doloris
in carne paſſibili. Si in xp̄o fuit conti
nua contemplatio et perfectiſſima: er-
go videt̃ ꝙ nulla fuerit in eo dolorꝭ ex
perientia. quarto arguũt: quia natura
ages preſtantior eſt patiente: ſed natu
ra aſſumpta p̄ſtantior eſt omni alia: ğ
nõ videt̃ ꝙ ab aliqua natura poſſit af-
fligi vl' ledi. quinto arguũt qꝛ ſi anima
Petri poneret̃ in infernuʒ ab ignibus
non cruciaret̃: quia nõ habet in ſe cãm
per quã debeat dolere. Igitur aĩa xp̄i
nullam cauſaʒ paſſionis in ſe habebat
videt̃ ꝙ nullum dolorẽ ſentiebat ĩ car-
ne q̃ʒtũcũq; paſſibili. Si ergo dolor ẽ
paſſio ipſius anime potius q̃ʒ carnis
videt̃ ꝙ in xp̄o non fuerit dolor verus
tali errore nituntur quidam heretici et
etiaʒ antiquus error ſaracenorꝝ qui er
ror euacuat redemptionẽ noſtraʒ ꝛ di
cit xp̄m nõ eſſe xp̄m: dum eñ dicat xp̄ʒ
nõ fuiſſe veraciter paſſum dicit ipſum
nõ ſatiſfeciſſe: ac per h̄ nec genus hu-
manum eſſe redemptum. Dũ x̄o dicit
ip̄m ſimulaſſe ſe pati: dicit ip̄m ſe eſſe
mendacem: ꝛ ita nec vere fuiſſe dei fi-
lium nec dei nuntium: ꝛ ita nec media
torem ſʒ potius deceptorẽ. ideo catho
lice dicenduʒ eſt ſ̄m Alex. i. iij. ſumme
ꝛ Boñ. di. xviij. li. ſniaꝝ. ꝙ abſq; du-
bio vera dolorꝭ paſſio fuit in xp̄o ſicut
ſcriptura teſtat̃. Uñ Iſa. liij. c. dicitur.
Uidemus eũ nouiſſimum virorꝝ virũ
dolorꝝ ꝛ ſcientem infirmitates Nõ nõ
intelligit ꝓpheta de ſcientia ſimplicis
notitie: ſed de ſcientia exꝑientie. Et in
ꝑſona eius dicit̃ in pſal. Ego ſum pau
per ꝛ dolens. fuit eñ in criſto caro paſ
ſibilis ꝛ perſorabilis. fuit etiam virtus
ſentiendi ſ̄m quam etiam anima cõpa
titur corpori leſo Que dico verba. ſ. le-
ſio ꝛ virtus ſenſus leſionis verum do
lorem faciunt: ex quo indubitanter te-
nendum eſt ꝙ in xp̄o fuit vera doloris
paſſio. Ad primuʒ ğ quod obijcitur
de auctoritate Hilarij tripliciter eſt re
ſpondendum Quidam eñ dicunt ip̄ʒ
verba illa retractaſſe Alij vero aſſerunt
ꝙ in verbo p̄dicto ꝛ in alijs ibideʒ po
ſitis nõ excludi ſenſum doloris in xp̄o
ſ̄m humanam naturã: ſed ſ̄m diuinaʒ
vnde illa verba non ſunt referenda ad
criſti ꝑſonam. Et h̄ confirmat̃: qꝛ dicit
idẽ Hilarius Intelligentia verborꝝ ex
cauſis eſt aſſumenda. voluit itaq; ĩ ver
bis p̄miſſis excludere erroreʒ Arrij he
retici qui dicebat xp̄m ſ̄m ſe totuʒ paſ
ſum fuiſſe Quidã vero vt magiſter ſen.
in l̃ra reſpõdet. ꝙ Hilarius nõ voluit
oſtendere xp̄m nõ habuiſſe verꝝ dolorẽ
ſed nõ habuiſſe cãm dolorꝭ. Ad ſc̄dʒ
de auctoritate Dioniſij dicendũ eſt. ꝙ
Dioniſius nõ ſenſit ꝙ beatꝰ Jo. et alij
ſancti nõ experiunt̃ dolorem in tormẽ
tis: ſed voluit cõmendare conſtantiaʒ
mentis que nõ magis ꝯmouebatur ex
perientia ſenſus q̃ʒ cõmoueret̃ ex ſola
conſideratione ꝛ iudicio rõnis. Ad
tertium de Moyſe dicendũ eſt ꝙ etiã
ſi dulcedo cõtemplationis quodãmõ

ipſum reficeret ⁊ a ſenſibus exterioꝛibꝰ
abſtraheret adeo ꝙ naturales virtutes
quodāmō ꝯſopirent vt nō ita ꝯſumma
rentur ⁊ cibūꝫ requirerent: tñ qꝛ tanto
tp̄e ieiunauit ſine aliqua ſui leſione: h̄
fuit ꝑ ſpāle priuilegium ſiue bñficiuꝫ ⁊
diuinuꝫ miraculū. Et iō non habet lo
cum in ꝓpoſito: qꝛ criſtus in paſſione
ſua nō exercuit miracula potentie: ſed
potius eſt vſus armis patientie Ad
quartū dicendū eſt ꝙ illud nō opoꝛtet
intelligi ꝙ ſit verū ſimpliciter: ſꝫ ſm ali
quā conditioneꝫ ſiue ꝓprietatem: quia
eñ lapis ledit pedē. Nō oportet ꝙ la/
pis ſit nobilioꝛ pede: ſed ſufficit ꝙ exce
dit in aliqua cōditione: vtputa in duri
tie ⁊ ſoliditate: ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito: quā
uis eñ clauis nō ſit nobilioꝛ carne xp̄i
erat tñ durioꝛ ⁊ ſolidior. Et ſi tu obij/
cias mihi de anima ꝙ non poſſit pati:
dicendū ꝙ anima nō patiebaꝉ ꝑ ſe ſed
ꝑ accidēs ſcꝫ patiendo carni. Uel ſm
Aug. in. vi. muſice Anima ſumit occa
ſione patiendi ex carne: veruntñ patiꝉ
ex ſe occaſione accepta aliunde Aliter
pōt etiam dici ꝙ illud verbum habet ī
telligi ſm inſtitutionem nature nō ſm
diſpenſationē miſericoꝛdie ⁊ punitio/
nem iuſticie: quoꝝ primuꝫ reſpicit ani
mam xp̄i: reliquū animā peccatriceꝫ ſi
cut. xliiij. di. iiij. expſſe habeꝉ Ad qui
tum qd̄ obijciꝉ ꝙ anima Petri nō pa
tereꝉ in inferno. dicendū ꝙ nō eſt ſimi
le qꝛ anima Petri poſt gloꝛificationē
perfectā non eſt paſſibilis ex cauſa pro
pꝛia nec ex diſpenſatione diuina pro/
pter ſalutē alienā Non aūt eſt ſic d̄ aīa
xp̄i q̄ diſpenſatiue ⁊ volūtarie paſſibili
tatem habuit cū carni paſſibili adiun/
cta fuerit Scd̄o conſideremus dolo
ris grauitatē. Fuit eñ doloꝛ eius gra/
uiſſimus: ita vt excederet oēs penas
martirum et quecunq; genera toꝛmen
toꝛum triplici ratione videlicꝫ
Primo ꝓpter anime ſue limpiditatem
Scd̄o ꝓpter carnis teneritudinem
Tertio ꝓpter vtriuſq; neceſſitudinem

Prima rō pꝫ qꝛ anima eius habuiꝉ
noticiam omniū veritatū. vñ nouit di
ſtincte q̄ ſibi fuerunt penalia nec ꝓpter
vnū aliud minus appꝛehendit Iō ſm
numeꝝ eoꝛum q̄ patiebatur ⁊ pertinet
ſm quas patiebaꝉ fuit apud animam
Ieſu doloꝛis multiplicitas Vñ eccli.i.
dicitur Qui addit ſciam addit et labo
rem. Scd̄a rō patet: qꝛ ſm Bon. in
iij. di. xvi. In eo erat maxima cōplexio
nis equalitas ⁊ ſenſus viuacitas. ⁊ q̄n
to eñ cōplexio eſt nobilioꝛ: ⁊ q̄ꝫto ſen/
ſus tactus eſt viuatioꝛ tanto doloꝛ eſt
acutioꝛ. ſm aūt doloꝛis ipſius magni/
tudineꝫ eſt totius coꝛpꝛis afflictio. Au
di eñ omniū membroꝝ afflictionē. pe
des eius fuerūt afflicti cū diſcalciati ⁊
nudi per totam noctē ⁊ ꝑ partem ma/
gnam diei: cum huc et illuc currerent.
Pieq; credendū eſt ꝙ ſepius in lapi/
des inpingebant effundebantq; ꝑ viā
ſanguineꝫ ſacꝝ Uitalia membra ac re
ſpirantia ſicut coꝛ ⁊ pectoꝛ̄ ꝯcauum et
ſimilia dure fuerunt afflicta in timoꝛe
⁊ multoꝝ ſuſpiroꝝ ⁊ gemituū aſſum/
ptione circa coſtas doꝛſum latera atq;
coꝛpus. Et vniuerſaliter oīa membra ī
dura flagellatione afflicta fuerunt: in
qua ſuꝑficies carnis ſue tenere ac deli
cate fuit crudeliter lacerata ⁊ ſanguine
cruciata: brachia fuerūt afflicta ob du
ra ligatione ⁊ ꝯſtrictione. Humeri fue
runt afflicti dur͛o onere crucis Os quo
q; afflictū fuit tam fetido oſculo ꝓditō
ris q̄ꝫ etiam fellis ⁊ aceti amaro potu.
Nares afflicti fuerunt hoꝛribili fetoꝛe
ſputoꝝ abhominabiliū iudeoꝝ ⁊ feto
re cadaueꝝ mortuoꝝ. Gene quoq; af/
flicte fuerunt: ⁊ tumefacte ac ſanguie ⁊
liuoꝛe ꝯſperſe tū ex ꝑcuſſionibus faciei
tū etiā ex ſpinea coꝛona ꝓpter quā ſan
guis ꝑ eius faciē defluebat. Oculi fue
runt afflicti ꝯfuſi ⁊ velati ac fletu laxa
ti ⁊ in furoꝛ̄ ⁊ iracūdie ignē ſpirantiū
inimicoꝝ ſuoꝝ aſpectu Nec nō qꝛ vide
bat matrē ⁊ diſcipulū quē diligebat fle/
tes ⁊ cruciatos Aures replete fuerunt

obꝓbrijs vertex capitis afflictus fuit
duriſſimis ſpinis ⁊ ꝑcuſſionibus arū-
dinis. Ob imenſitatē itaqꝫ dolorꝫ cla-
mat xp̄s Treñ. i. dicens O vos omnes
qui tranſitis ꝑ viam attendite ⁊ videte
ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus

Tertia rō ꝓpter anime ⁊ corꝑis ne-
ceſſitudinē q̄to equidē maior eſt ami
citia aīe ad ip̄m corpus tanto ſeꝑatio ē
doloroſior. Cū ḡ inter animā xp̄i ⁊ ip
ſum corpus maior eſſꝫ amicitia q̄ꝫ fuit
ī alijs hoīb9 mundi: tū ꝓpter anime
bene ordinate caritatem: tū etiā ꝓpter
corꝑis ſeu carnis puritatē ⁊ dignita-
tem: ſequit̄ ꝙ qñ aīa xp̄i per mortē fuit
a corꝑe ſeꝑata ꝙ dolor ipius intenſior
fuerit q̄ꝫ dolor cuiuſcunqꝫ morientis.
Tertio ꝯſiderare oportet dolorꝫ criſti
vtilitatē. nā per dolorē ſuū nos libera
mur a pena cui merito ſubijceremur.
ſm eñ Boñ. in. iij. di. xix. Paſſio criſti
nos liberauit a pena tꝑali: ⁊ ab eterna
⁊ ab ea q̄ eſt inter vtrāqꝫ media. A pe-
na tꝑali liberat dū virtute illius cū do
nant̄ nobis peccata nō ſolū q̄tum ad
culpā ⁊ reatū pene eterne: ſed etiā q̄n-
tum ad dimiſſionē pene ſatiſfactorie ſi
cut habet filius in ſacramēto baptiſmi
A pena eterna liberat liberando a cul
pa dum eñ ꝑ paſſionē xp̄i nobis gra-
tia impetrat̄: ꝑ quā culpa dimittit̄ nob̄
debitū pene eterne mortꝫ relaxat̄. Libe
rat a pena q̄ eſt etiā inter vtranqꝫ me-
dia: q̄ quidem fuit carentia viſionis di
uine ex merito peccati ade. ⁊ illa quidē
ſi fuerit ad tp̄s ꝓpter gratiā reꝑata in
eis qui detinebant̄ in limbo: debebat
tñ habere eternitatem habito reſpectu
ad culpam ade. Sꝫ aliquis obijcit: q̄r
nūc illis penis tꝑalibus ſubiacemus q̄
bus ſubiacebāt illi qui erant ante paſ-
ſionē criſti: ⁊ nullus qui eſt in inferno
damnatus liberat̄ a pena tꝑali nec ab
eterna. Rñdet dñs Boñ. ꝙ rō iſta pec
cat ſm conſequens. Non eñ ſequit̄ ꝙ
ſi h̄ mō non liberat a pena tꝑali ⁊ eter-
na ꝙ ꝓpter h̄ nullo mō. Quis eñ libe-
ret a pena eterna eos qui ſunt in malo
obſtinati: liberat tñ eos qui volunt et
poſſunt ad xp̄m cōuerti. Rurſus quia
nō liberat a pena tꝑali in preſenti vt ab
iſta fame ⁊ ſiti: liberabit tñ in futuro li
berat etiā ab aliquibus penis tꝑalibus
ad quas eſſemus obligati merito pec-
catorꝫ noſtrorꝫ niſi paſſio xp̄i interueni
ret. Si quis ergo pie xp̄m contemplā
do in cruce pendentem interroget cur
caput tenet inclinatum Audiet illum
dicentem protinus. Heu me dolorib9
angor: paſſionibus crucior: ⁊ in amari
tudine morat̄ anima mea. Alloquere
ip̄m alloquere anima dura ⁊ loquetur
ipſe tecū libēter dicei. O amantiſſime
iuuenis qd̄ ſcelus cōmiſiſti vt crucē cū
tanto dolore aſcenderes: ⁊ iterꝫ dicet ti
bi. Tu anima es mihi cauſa doloris:
tu peccaſti ⁊ peccare nō ceſſas ⁊ cū pe
nas nō valeas abſoluere delictorꝫ ego
ꝓ te penitentiam ago ⁊ pro oībus qui
ſaluari volunt abſqꝫ mei ſanguinis ef-
fuſione null9 ſaluari poſſet Sanguis
vero meus effuſus tante ꝟtutis eſt ⁊ ef
ficatie: vt vna gutta ſola ſufficiat ad re
dimendū omne genus humanū Sꝫ
ego largus redemptor vt ſecuri fiant q̄
ſaluari volunt ⁊ cōuerti volunt nō vnā
guttulā: ſed de toto corꝑe mō ſangui-
nem meum effundo: de capite de facie
de ore de collo de manibus de pedi-
bus: de omnibus membris meis: ⁊ de
niqꝫ de corde meo ꝓpter h̄ Ber. ſuper
cant. ſ. xxij. ait. ad cumulū pietatis tra
dit in mortem animā ſuā: ⁊ de proprio
latere protulit preciū ſatiſfactionis: q̄
placat. ꝫ patrem ꝓpter qd̄ illum ad ſe
verſiculum traxit. Apud dñm miſeri-
cordia. ⁊ copioſa apud eū redemptio:
prorſus copioſa quia nō gutta ſed vn
da ſanguinis largitur per quinqꝫ ꝑtes
corꝑis emanauit. hec ille. Sed homi-
nis pc̄toris ipſum fugientis maliciam
criſtus conſiderans de ipſo ſic conque
ritur per Augu. contra quinqꝫ hereſes
Cum eſſes inquit inimicus patrꝫ mei

reconciliaui te Cum inter montes ⁊ ſil
uas errares queſiui te Humeris meis
portaui te patri meo redidit te: labora
ui: ſudaui: caput meū in ſpinis oppo
ſui: manus meas clauis obieci: lancea
latus meū aperui: ſanguinem meū fu
di: animā meam poſui vt te mihi copu
lareꝫ ⁊ tu diuideris a me

Capitulum tertium de paupertate
criſti quam in cruce ſuſtinuit vt nobis
diuitias gratie inueniret

Tertia cōditio criſti patientis
eſt extrema pauptas: quā ſuſti
nuit pro noſtris culpis delen
dis de quā ipe Math. viij. c. ait. Vul
pes foueas habent ⁊ volucres celi ni
dos: filius autem hominis non habet
vbi caput ſuum reclinet Fuit nanqꝫ cri
ſtus triplici paupertate fatigatus.
Prima paupertas bonoꝝ tpalium
Scḋa amicorum familiarium
Tertia donorum ſupernaturalium
Prima paupertas fuit bonoꝝ tempo
ralium. Nullum quippe bonum tpale
aderat criſto ī cruce anguſtiato nō do
mus: nō tectū: non pannus: nō auruꝫ
nō argentum: ſed nudus ipſe pende
bat Scḋa paupertas fuit amicoruꝫ
familiarium qꝛ omneꝫ eo relicto fugie
runt hinc per ꝓpħam conqueritur di
cens. Conſiderabam ad dexterā ⁊ vi
debam: ⁊ non erat qui cognoſceret me
ſm Alex. de ales nō dicit ad ſiniſtram
propter virginē beatam q̄ ſola ad ſini
ſtram perſecutionū filium veruꝫ deum
⁊ hominē cognoſcebat. Ceteri vero ⁊ ſi
generali paſſione xp̄o cōpaterent̄ tamē
ipm credebat purum hommeꝫ in tor
mentis deficientem. Tertia pauper
tas fuit donoꝝ ſupernaturaliū. Habe
bat criſtus dona plurima: vtputa ſcien
tiam ſapientiā ſanctitatem pulcritudi
nem corpis ⁊ aīe: et alia hmōi quibus
oībus in cruce: ⁊ ſi nō fuerit priuatus:
priuari tn̄ viſus eſt: dum reputatus ē
pctōꝛ ſtultus seductoꝛ ⁊ omnium ma
lorum perpetratoꝛ. Quare nō imerito

ad ſe aduocans animā peccatricem di
cere pōt Reuertere ad me anima mea
Ecce pro te precium ſoluo. Expendo
pro te omnes theſauros meos: ſuſcipe
ſanguinem meuꝫ: ſuſcipe penas meas
et offer illas patri celeſti: dice parce
mihi: miſerere peccatrici per vulnera:
per dolorē: per ſanguinem: per morteꝫ
Jeſu criſti: parce dn̄e quia filius tuus
pro nobis pctōribus pati dignatuſ eſt
Et ſtatim deꝰ remittit tibi peccata tua
ergo nō īmerito precioſitas vocari po
teſt h̄ flamma amoris: vbi criſtus pre
cioſum ſanguinem ſuum offert pecca
toribus vt conſequantur ſalutē quā no
bis donet ille qui viuit ī ſecula amen

Sermo ſeptimus de diuina carita
te ī quo declaratur q̄ꝫ gratioſus ſit de
us peccatoribus penitentibus et ad ſe
redeuntibus quibus admiranda do
na concedit

Venite ad me
omēs qui laboratis ⁊ one
rati eſtis: et ego reficiam
vos ⁊c̄. vbi ſ. Vt ſe tm̄ beniuolum red
dat deus peccatoribus penitentibus
offert illis munera gratie ſue: cum di
cit. reficiam vos. Ad quod plenius in
telligendum ī preſenti ſermone de cari
tate diuina concludemus tractatuꝫ ex
ponentes ſeptimam flāmam que vo
cabatur gratioſitas pro cuius declara
tione notabimus tria gratioſa dona q̄
deus pro ſui amore peccatoribꝰ ad ſe
redeuntibus elargitur

Capitulum primum qualiter deus
reſtituit peccatoribus per penitentiaꝫ
bona prius perdita: ⁊ per peccatū mor
tificata.
Primum donum dicit̄ reſtitutionis.
Secundum letificationis.
Tertium glorificationis.
Primuꝫ donum qḋ deus bn̄dictus

elargitur peccatoribus pn̄itentibus di
citur reſtitutionis ſm̄ Rich. in. iiij. di.
xiiij. Et cōmunem opinionem theolo
goꝝ ꝑ penitentiā reſtituuntur homini
opa prius perdita: ⁊ per culpam morti
ficata: que ante viua fuerunt. Si quis
nanqꝫ in caritate exiſtens. x. annis ſer
uiet deo ieiunando ⁊ orando: hmōiqꝫ
adueniēti culpa mortali bona hec om
nia ꝑdidit: ſed eo a culpa reſurgente re
uiuiſcūt ſimul omnia ſupradicta. Sꝫ
cōtra obijci pōt per dictum Hugonis
qui ait Nemo in ſpe correctionis pec
care debet: quia qđ ſemel amittit̃ ipſuꝫ
non recuperatur amplius ergo ſi bōa
opa prius facta ſint amiſſa per culpaꝫ
impoſſibile eſt ea reſtitui. ergo nec viui
ficari. Item omne qđ viuificatur eſt ali
quo mō ſed quod omnino perijt nul
lo mō eſt. ⁊ talia ſunt opera bona priuſ
facta. ergo nec viuificari: nec recupera
ri poſſunt Reſpondet Bon̄. in. iiij. di.
xiiij. ꝙ opera que prius fuerūt viua: qꝛ
ex caritate fctā ⁊ digna vita eterna: po
ſtea adueniente culpa mortificantur ī
iſto: qꝛ amplꝰ in h̄ ꝙ̄diu eſt culpa ī eo
non eſt diſpoſitio digna remuneratio
ne ꝑpter indignitatem ipſius. Sꝫ rur
ſus gratia redeunte que iſtū facit dig
num vita eterna iam opera ſin hac ſunt
digna remuneratione ⁊ ideo reſtituun
tur ⁊ viuificantur. Ideo dicunt quidā
ꝙ opa bona in caritate facta: qꝛ bona
ſunt: ⁊ adeo fiunt in laudem dei: vt in
de debet laudari deus qꝛ vero in vni
tate miſtici corporis: ⁊ qꝛ in caritate ꝑ
tinent ad corpus miſticū: quia vero ex
libera voluntate ⁊ iuſta ad radicis pre
mium ſiue ad facientis meritum: vn̄ qꝛ
iſte cadit qui facit opa: nihilominꝰ re
manent in corꝑe miſtico: qꝛ inde alia
membra gaudebant: ⁊ deus inde lau
dabitur: ſed tn̄ nōn manet ad gloriam
facientis: ⁊ ideo moriuntur iſta cū iſte
moritur: ſed eo reſurgente a culpa ⁊ fa
cto de corpore miſtico ſibi opera bona
reuiuiſcunt. Quicquid ſit de hoc ſiue
remaneant in corpore miſtico: ſiue nō:
verum eſt ꝙ remanent in memoria eiꝰ
qui fecit ⁊ dubium etiam non eſt quan
do manet in memoria dei: ⁊ ꝙ̄diu ma
net culpa: manet in cognitione dei cū
cta reſpicientis: et in memoria peccato
ris: ſed ibi nō manent ad munera nec
in memoria peccatoris ad gaudium:
ſed magis ad dolendum. Sed cuꝫ re
ſurgeret manent in deo ad remunerā
dum: et in memoria ipſius peccatoris
ad gaudendum. Ad dictuꝫ Hugonis
dicendum eſt ꝙ intelligit de illo ope
re bono qđ homo potuiſſet facere vel
feciſſet illo tēpore quo peccauit: qđ qui
dem non recuperabitur: quia ſi alio tē
pore velit facere opus quod emiſit per
dit quod deberet facere in illo tempo
re. Ad ſcđm dicendum ꝙ illa opa ma
nent in memoria eius qui fecit: et dei
primo a quo fecit h̄ Bon̄.

Capitulum ſecundum de leticia an
gelorum et totius celeſtis curie: ꝑpter
penitentiam ⁊ conuerſionem peccato
rum

SEcundum donum dicitur leti
ficationis: facit vtiqꝫ deus an
gelos ſuos humiliare iubilare
in conuerſione peccatoruꝫ. Unde Lu
ce. xv. dicitur. Gauduꝫ eſt angelis dei
ſuper vno peccatore penitentiaꝫ agen
te. Sed circa hoc notandum de gau
dio angeloruꝫ ſm̄ Bon̄. di. ij. ſcđi libri.
Ad ipſum gaudium in angelo creſce
re poſſe intelligitur dupliciter vel extē
ſiue vel intenſiue Extenſiue dicitur cre
ſcere quando quis de pluribus gau
det. Intenſiue autem quando affectuſ
eius de aliquo copioſius gaudet. Si
ergo loquamur de cremēto gaudij ſm̄
primum ſcilicet verum eſt et doctores
cōmuniter ſentiunt ꝙ ipſis beatis an
gelis accreſcit gauduꝫ ex ſalute pecca
torum: quia de pluribus gaudent ſm̄

ꝙ plures ſaluantur. Si aūt loquamur de cremento gaudij ſm modum aliuz. ſcȝ quantum ad intenſionem. ſic eſt diſtinguendum. Nam gaudium duplex eſt quoddam eſt gaudium in quo conſiſtit premium ſubſtantiale: et illud eſt gaudium de bono increato qd angel9 habet de deo ⁊ in deo. Eſt iterū gaudiū quoddaȝ accidentale: ⁊ illud gaudium qd angelus habet de bono creato: ſiue ꝓprio: ſiue alieno fuerit. Aliqui dixerunt ꝙ in anglis creatis accreſcit vtrunqȝ gaudium intenſiue: quia nondum ſunt perfecte beati: q̄uis ſint beati confirmati: de quorum opinione videtur fuiſſe magiſter. Sȝ quia hec opinio non videtur probabilis. ideo fuerunt alij qui dixerunt ꝙ neutrum gaudium creſcat in eis intenſiue: ſed ſoluȝ extenſiue ſicut caritas eorum no eſt maior q̄ȝ fuit ab initio q̄uis plures nunc diligant q̄ȝ tunc. Sed quia iſtud nō videtur adhuc ſatis probabile ꝙ angelis accreſcat materia gaudij: quin etiaȝ accreſcat ⁊ gaudium. Ideo eſt terti9 modus dicendi ꝙ in angelis nullo modo accreſcit gaudium: in quo conſiſtit premium eſſentiale quia quantum ad illud perfecte beati ſunt. Sed gaudium in quo conſiſtit premium accidentale accreſcere poteſt: non ſolum extenſiue verum etiam intenſiue ratione proprij boni ⁊ ratione boni coniuncti: quia miniſtrando alijs bona opera faciunt in quibus premium accidentale merentr: ⁊ quia etiam cum ciues ſuos ad beatitudinem producunt ſuper quibus cōgratulantur. Non ſolum autem angeli ſed etiam tota trinitas gaudet et facit feſtum de conuerſione peccatoris. Et primo gaudet pater. Nam rex terren9 multum gaudet: quando filius ſibi cōcipitur: ſicut letatus eſt Abraam de cōceptu Sarre multum gaudet quando naſcitur: ſicut Zacharias ⁊ Eliſabeth in ortu precurſor. multum gaudet qñ filius ablactatus eſt. Unde Abraam fecit magnum conuiuium in ablactatione filij ſui Iſaac. Geneſ. xxi. Multum gaudet quando filius grandis effectus eſt: ⁊ ad menſam recipitur. Sicut pater celeſtis de filio ſpiritualiter concepto nato ablactato: ⁊ ad menſam recepto multū gaudet. Cōceptio namqȝ accipitur in contritione: ſiue boni ꝓpoſiti incohatione. Unde Iſa. xxvi. a facie tua domine ꝑturiuimus ⁊ concepimus ſpiritum ſalutis. Natiuitas attenditur in confeſſione vel bonoꝝ operum oſtenſione. Sed de multis poteſt dici illud Iſa. xxvij. Venerūt filij vſqȝ ad partum: ⁊ virtus non eſt pariendi. Ablactatio attēditur in vite perfectione: quando homo in tantuȝ perficit ꝙ iam non indiget lacte paruulorum: ſȝ cibo ſolido perfectorum: de quo Hebre. v. perfectorū eſt ſolidus cibus: ad menſam receptio attenditur in celeſti refectione iuxta illud Luce. xxij. Ego diſpono vobis regnum vt edatis ⁊ bibatis ſuꝑ menſam meaȝ in regno meo ¶ Secundo gaudet filius triplici de cauſa. Primo quia ex quo vidit effectū ſue paſſionis quod notatur in parabola de oue perdita et inuenta. De qua Gregorius ait in omel. Una ouis perijt quando homo peccando vite paſcua dereliquit: in humero autem poſuit: quia peccata in corpore ſuo ipſe portauit. Et Auguſtinus in libro contra. v. hereſes. Cum eſſes inquit criſtus inimicus patris mei recōciliaui te. Cū inter montes et ſiluas errares queſiui te humeris meis portaui te patri meo redidi te: laboraui: ſudaui: caput meū ſpinis oppoſui: manus meas clauis obieci: lancea latus meum aperui totus iniurijs et aſperitatibus laceratus ſum. Sanguinem fudi. et animam poſui vt te mihi copularem: ⁊ tu te diuidis a me. hec ille. Tantum autem deſiderium de oue inuenta habuit ꝙ etiaȝ

deſertum.i.celuz dereliquit: qḋ dicitur
deſertum.i.derelictum ab homine qui
fuerat ipſum habiturus: tum quia ad
inſtar deſerti in eo ſunt dulces cantus
auium.i.angelorum: ibi ſunt roſe mar-
tirum: viole confeſſoꝝ: et lilia virginuz
Secundo gaudet filius quia videt
in peccatore conuerſo reformationem
ſue imaginis qḋ notatur in ſcḋa para-
bola de dragma perdita et inuenta in
qua imago regis refulget. Decem eñ
dragme ſunt nouem ordines angeloꝝ
Et decimus hominuz qui ad dei ima
ginem ſunt creati: ſed decima dragma
perdita fuit quãdo homo peccauit: ſz
xp̄s ipſam queſiuit ⁊ ſuam imaginem
reparauit. Tertio gaudet in eo ꝙ vi
dit reſuſcitationem ſui fratris: qḋ no-
tatur in tertia parabola de filio prodi
go de quo dicitur. Epulari ⁊ gaudere
oportebat quia frater tuus perierat et
inuentus eſt. Tertio de conuerſione
peccatoris gaudet ſpiritus ſanctus tri
plici de cauſa. primo quia recuperat tē
plum ſuum qḋ debet inhabitare de q̄
prima Cor. iij.c. Neſcitis ꝙ templum
dei eſtis vos: ⁊ ſpūs dei habitat in vo
bis. Habitare aūt non poſſet: niſi ſpūs
malignus recederet. ij. cor. vi. Que au
tem conuentio chriſti ab Belial Quis
conſenſus templo dei cū idolo Se-
cundo gaudet quia recuperat membꝛ
ſuum quod debet viuificare. i. Cor. vi.
An neſcitis: quia membra veſtra tem-
plum ſunt.ſ.ſ. Vidim⁹ autem ꝙ mem
brum preciſum putridum vel paraliti
cum nō viuificatur a ſpiritu humano.
Eodem mō nec peccatoꝛ a ſpū diuino
tum quia diuiſus eſt a deo. Iſa. lix. ca.
Iniquitates veſtre diuiſerūt inter vos
⁊ inter deum veſtrū: tum quia putre fa
ctus eſt in peccato Joel. primo. Com
putruerunt iumenta in ſtercore ſuo: tū
ꝙ paralicitatus eſt ex inordinato mo
tu non enim habet ſenſum amoris dei
de qua dicitur ſap. Sentire de deo in

bonitate. Tertio gaudet quia reci-
perat vas ſuum qḋ dꝫ implere Opor-
tet autem qḋ iſtud vas ſit vacuum ab
amore mundi ſi debet ipleri amore dei
Unde Aug. ſuper Johannez. vas es
ſed plenus eſt funde qḋ habes: ⁊ reci-
pias qḋ nō habes funde amorem ſecu
li vt implearis amore dei. Sed circa h̄
queri poteſt quomodo intelligatur il-
lud verbum maius gaudium eſt ange
lis dei ſuper vno peccatore penitentiā
agente q̄z ſuper nonaginta nouem iu-
ſtis. Ad quod dicendum ꝙ poteſt du
pliciter intelligi. Aut de tepidis iuſtis
aut de feruentibus. Si primo modo h̄
verum eſt. Unde Grego. ait. Maius
de peccatore q̄z fratre iuſto gaudiuz fit
in celo. quia ⁊ dux in prelio plus illuz
militem diligit qui poſt fugam reuer-
ſus hoſtem fortiter premit: q̄z illum q̄
nunq̄z terga verit: ⁊ nunq̄z aliud forti
ter fecit. Sic agricola illam terrā am-
plius amat q̄ poſt ſpinas habuit fru-
ctum: q̄z illam que ſemper fertilem meſ
ſem produxit. De hoc etiam Auguſti-
nus in libro contra Fauſtum ſic dicit.
Agricole plus placent agri qui ſpinis
etiam magnis eradicatis centenum ꝓ
ferunt q̄z que nullas ſpinas nunquam
habuerunt: ⁊ vix ad triceſimum perue
nerunt. Si autem intelligatur de iu-
ſtis feruentibus. Tunc diſtinguenduz
eſt inter affectum et effectum. nam ſm
Bon. meliori maioꝛ affectus mag. au
tem indigenti maioꝛ eſt tribuendus ef
fectus. videmus enim ꝙ ſi aliqua ma-
ter decez filios habeat ſi vnus infirma
tur ⁊ poſtea ſanatur. maius gaudium
oſtendit de ſanitate iſti⁹ recuperati q̄z
de ſanitate in alijs conſeruata

¶ Capitulum tertium de gloria quaz
acquirunt peccatores conuerſi et de ip
ſorum beatitudine in regno celorū

Tertium donū qḋ deus peccato
ribus penitentibus elargitur: di

citur glorificationis. Nam in celeſti et
beata hieruſalem ipſos tandem aggre
gat ſocietati ciuium ſupernorum: neq̧
vero propter peccata ipſis infimum lo
cum cõcedit. Quinſimo vt ſaluator ait.
propter ipſam penitentiam meretrices
ꝛ publicani precedent in regno celorū.
Quanta autem ſit eorum gloria in celo
oſtendit in Thayſe meretrice: de qua
in vitis patrum legitur. q tante pulcri
tudinis extitit q multi propter eã ven
ditis ſubſtantijs ſuis ad vltimam pau
pertatem deuenerunt. Sed ꝛ amato//
res eius mutuo ſe interficiebant: q cū
audiſſet abbas Pãnutius ſumpto ha
bitu ſeculari ꝛ vno ſolido profectus eſt
ad eam in quandam Egiptij ciuitatē
deditq̧ ei ſolidum quaſi pro mercede
peccandi. Illa accepto precio ait il//
li. Ingrediamur ſimul cameram. Cum
q̧ ingreſſus eſſet ꝛ locus pcioſus orna
mentis ſtratum aſcendere inuitaretur
dixit ad eam. Si eſt interius cubiculū
in ipſum eamus. Illa autem dixit. Eſt
quoddam cubiculū vbi nullus ingre//
ditur. Si vero deum times nullus lo
cus eſt qui eius diuinitati abſconda//
tur. Quod cum ſenex audiſſet dixit ei.
Scis eſſe deum. Cumq̧ illa reſpondiſ
ſet ſe ſcire deum et regnum futuri ſecu
li: necnon tormenta peccatorum dixit
ei. ſi ergo noſti cur tot animas perdidi
ſti. Et non ſolū p tua: ſed p aliorū red
denda ratione damnaberis. Illa vero
prouoluta ad pedes abbatis pannutij
cum lacrimis orabat dicens. Scio eſſe
penitentiam pater: ꝛ confido remiſſio
nem te orante ſortiri peto tribus horis
inducias: et poſt hec quo volueris ibo
et quecunq̧ preceperis faciam. Cum//
q̧ ei locum Abbas conſtituiſſet vbi ve
niam impetrare deberet: illa collectis
omnibus quecunq̧ de peccatis lucra//
ta fuerat: platiſq̧ in media ciuitate po
pulo expectante in igne cõbuſſit: cla//
mans et dicens. Venite omnes q̄ pec
caſtis mecum: et videte quomodo eã
que mihi contuliſtis exuram. Cum au
tem omnia incendiſſet ad locum quem
abbas pannutius conſtruxit perrexit:
qui illam in cellulam paruam recluſit
hoſtiumq̧ cellule plumbo ſignauit et
paruam reliquit feneſtram per quam ei
cibus daretur: iuſſitq̧ parum panis ei
et paululum aque ab alijs miniſtrari.
Cum ergo tribus annis fuit incluſa: p
fectus abbas pãnutius ad abbatem An
tonium cõuocatis diſcipulis vt ab eo
īquireret ſi remiſiſſet ei ſua peccata de
us. Et narrata cauſa ſanctus Anto//
nius diſcipulis conuocatis precipit vt
illa nocte orarent. ſtatimq̧ abbas pau
lus maior diſcipulꝰ antonij vidit in ce
lis lectum precioſis veſtibus orditum:
quem tres virgines facie clara cuſtodie
bant. Cumq̧ paulus diceret gratiam il
lam eſſe Antonij. Non eſt antonij: ſed
Thais meretricis vocem ſibi dicentem
audiuit quod cum mane audiſſet ab//
bas pannutius cum gaudio diſceſſit.
Et cum illam eduxiſſet de cella quin//
decim diebus ſuperuixit ꝛ expirauit in
pace. Ergo aperiant oculos ſuos pec//
catores vt videant longitudinem lati//
tudinem altitudinem ꝛ profundum ar
dentiſſime caritatis dei: q̄ ſua ampliſſi
ma ꝛ imenſa elemẽtia paratus eſt ſem
per peccatoribus penitẽtibus dare ſa
lutem: quam nobis omnibus largiatur
ipſe: qui viuit in ſecula. ſe. amen.

De imortalitate anime magiſtri Ro
berti de Litio ordinis minorum tra//
ctatus incipit.

¶ Sermo primus in quo tractatur ꝺ
vita cõmuni.

IVſti autem
in perpetuũ viuent. Scri
buntur hec verba origina
liter. Sapi. v. c. Quoniam falſo pleri⸗
qꝫ opinantur extinctos homines cor⸗
porali morte amplꝰ nec viuere nec vi
uificari poſſe: fiantqꝫ ex hoc in omni⸗
bus vitijs ac brutis deteriores. In p̄⸗
ſenti opere tractatum de imortali vita
ſtatui compilare. Eſt quippe ſatis ſup
qꝫ neceſſariũ aperire omnibus quem
admodum dei ſapientia ſtatuit vt ho
mines pro varietate meritorum: aut in
eternum viuent in feliciſſima patria
paradiſi: aut illã cõtemnentes eternis
ſupplicijs deputarentur: nam q̄ duri⸗
or petra cenſeri poteſt qꝫ peccator ho⸗
mo qui ſentiens certitudinaliter pro⸗
poni ſibi bonum ⁊ malũ perpetuo du
raturum a peccato ſeparari non curat
Grandis equidem iactura eſt pro mo
mentaneo ac labili huius mũdi bono
perdere gaudia nunqꝫ defutura ⁊ obli
gare ſe in ſecula ſeculoꝝ ad eternas pe
nas. Qua propter vt ipſius imortalis
vite plenior ac lucidior poſſit haberi
noticia. In hoc ſermone ad vitaꝫ in cõ
muni ſtilum noſtrũ dirigemus de qua
tria miſteria erũt contemplanda

Primum erit de vite diffinitione.
Scd̃m erit de vite originatione.
Tertiũ erit de vite ſubata ſuſceptione
quid ſit vita ſm philoſophum declara
tur et an anima ſit ipſa vita

Caplm̃ .i.

PRimuꝫ dicendum erit de vite
diffinitione. Nã vt Cicero tra
dit in primo de offitijs. Om⸗
nis enim q̄ a ratione ſuſcipit̃ ꝺ aliqua
re inſtitutio debet a diffinitione profi
ciſci vt facilius intelligatur quid ſit de
quo diſputetur. Igitur inquiramꝰ pri
mo. Quid eſt vita. Et diffinit̃ ſic a phi
loſopho libro ꝺ motu cordis. Vita eſt
actus anime primus in motu corporl̃
adaptati ad mouendum: ex quibꝰ ver
bis dubitatio mouetur An vita ſit ip̃a
anima. Et quibuſdam videtur ꝙ ſic.
Nam Ambroſiꝰ in libro de bono mor
tis oſtendit ꝙ anima non poteſt mo⸗
ri: quia eſt vita. et vita eſt cõtraria mor
ti. ait autem ſic anima vita eſt quomo⸗
do poteſt mortem ſuſcipere cum ſit ip̃i
contraria. Ipſe etiam Ambroſiꝰ in eo
dem libro probat ꝙ vita ſit anima ſic.
Cui anima infunditur vita infundit̃ ⁊
a quo anima diſcedit vita diſcedit. ani
ma ergo vita eſt. Iſido. libro primo de
ſummo bono: vita inquit corpi eſt ani
ma: ſed et philoſophus vult ꝙ anima
viuat ſeip̃a igitur erit ſua vita Adꝺ pro
bari poteſt. Anima viuit: aut ergo ſeip
ſa aut alio. Si alio aut illud viuit aut
non. Si non: ergo non dat vitam Si
viuit ergo aut ſeipſa aut alio Tunc ſi⸗
militer queritur de illo alio. Si ergo
non eſt abire in infinitum: relinquitur
ꝙ illud quo viuit viuit ſeipſo. Sed ve
riſimilius eſt ꝙ anima viuat ſeipſa qꝫ
aliud q̊ viuit. ergo anima ſeip̃a vita ip
ſa ergo vita eſt anima. Soluit aũt hãc
ambiguitatem Alex. in ſcd̃o volumine
ſumme ſue dicens. ꝙ vita non eſt ani⸗
ma: ſed actus ab ipſa egrediens: quia
vt ſcribitur in libro de motu cordis.
Primus continuus actus anime
vita eſt. Unde anima eſt cauſa vite in
corpore: et cauſa vite in ipſa. Unde
vita qua anima in ſe viuit non eſt ani
ma: ſed cauſa anime. Ideo vita non
eſt anima: nec econuerſo: formaliter lo
quendo. Ad auctoritates in contrari⸗
um allegatas Reſpondet Alex. ꝙ in⸗
telliguntur per comitantiam cãlem nõ
per idemptitatem eſſentiam ratõne ſci
licet effectus quo ip̃a corpus viuificat

Ad aliud etiam quod inducebatur ꝙ
anima viuit ſeipſa aut alio ⁊c. reſpon//
det predictus doctor ꝙ anima dicitur
viuere ſeipſa: quia principium vite eſt
in ipſa: nec eſt ab aliquo extra ipſam: ſi
cut eſt de vita corporis: quod eſt ab in
triſeco ſcilicet ab ipſa anima ſm̄ quod
dicit Ambroſius. ꝙ anima cauſat vitā
et facit ꝙ vita ſit in corpe. Nota ḡ ꝙ vi
uere ſeipō ē dupl'r aut ſicut ſe toto aut
ſic̄ aliq̄ ſui verbi gratia: aliter viuit ani
ma ſeipſa aliter vita: viuit eñi vita ſeip
ſa tota ſicut eſt vnde viuere eſt viuenti
bus eſſe In vita enim non eſt aliquid
qđ non ſit vita: ſed anima viuit ſeipſa
ideſt aliquo ſibi intrinſeco: vtpote for//
mali principio: quod nō eſt alterꝰ na
ture ꝗ̄ ipā anima. Et ideo ex hoc non
ſequitur ꝙ anima ſit vita. Si eñi hec
eſſet vera anima ē vita necaſſario opor
teret ꝗ̄ꝺidem in ea eſſet informans ⁊ in
formatum ideſt ipſa eſſet ſua froma: ſꝫ
idem eſſet illi eſſe ⁊ viuere. Sicut idem
viuere eſſe ⁊ viuere: quia vita ſeipſa vi
uit. Vita ergo eſt actus primus ⁊ con
tinuus ſubſtātie nobilis mouentis vel
cognoſcentis vel vtrūqꝫ facientis. Sꝫ
adhuc arguūt quidaꝫ dicentes ꝙ vita
non poſſit eſſe actus anime. Nam vita
cum ſit perfectio viuentium actus cuꝫ
ſit accidens nō poteſt eſſe perfectio ta
lium. Reſpondet ad h̄ Alex ꝙ eſt pri
mus actus forme ſubſtantialis ⁊ ē actꝰ
cōſequens ad primum actum: licet au
tem cōſequentium actuū ſit aliquid ac
cidens tñ actus primus qui eſt perfe//
ctio ſubſtantie non eſt accidens. Nam
ſicut intelleetus quādoqꝫ nominat ip
ſam potentiam intellectiuam quando
ꝗ̄ autem actum euiſdem accidentaleꝫ
vt ſcꝫ qui prouenit ex cōprehenſione re
rum extrinſecaꝝ. Similiter eſt de vita
Unde vita quandoqꝫ nominat ipſaꝫ
vitam prout eſt ſubſtantia: quandoqꝫ
actum euiſdem accidentalem Iſta ni
hilominus rudibus oſtendi non poſ//
ſunt: quia vt Ar. inquit in. iij. metha.
Soluere vinculum ignoranti non eſt
poſſibile. Unde vita hꝫ ſuū principiuꝫ.

Caplm ij.

Secundum miſterium contem
plandum eſt de vite origina//
tione. Unde ſcꝫ vita trahit ori
ginem ſicut a principio efficiente. Et
Plato dicit animam eſſe principium
vite. In libro autem đ motu cordis di
cit' ꝙ mors eſt cauſa vite Ar. ij. de ani
ma. anima eſt viuentis corporis cauſa
et principium. veruntñ reſtat dubium.
quia ex verbis ſanctorū videtur ꝙ om
nis vita ſit a deo. Inquit enim Augu
ſtinus libro đ vera religione. Nulla vi
ta eſt que non ſit ex deo: quia deꝰ ſum
ma vita eſt et ipē eſt fons vite. Et Dio
niſius in libro de diuinis nominibus.
Omnis vita erit vitalis motus ex vita
ipſa q̄ eſt ſuper omnem vitam. Et geñ.
ij. Formauit deus hominem de limo
terre: ⁊ inſpirauit in faciē eius ſpiracu
lum vite: ergo per effectum principiū
vite eſt ipſe deꝰ. Reſpondet Alex. vbi
ſupra. dicens ꝙ aliquid viuit in ſe per
ſe et ex ſe vt vita prima que eſt deꝰ. Et
aliquid viuit in ſe et per ſe: ſed non ex
ſe vt anima et angelus. Eſt iterum ali
quid quod viuit in ſe ſed non ex ſe: nec
per ſe vt anima ſenſibilis ⁊ vegetabilis
Illorum autem qui viuunt per ſe et in
ſe quedam poſſunt alijs vitam cōicare
vt anime rationales corporibus orga
nicis poſita vitam habentibus Que//
dam vero non poſſunt vt ſpiritus an//
gelici et ſpiritus rationales. Quedam
que non per ſe ſed participando vitaꝫ
illis mediantibus qui per ſe viuunt: vt
corpora humana. ex quibus patet ꝙ q̄
dam ſunt q̄ per ſe viuunt vt ſunt ſpūs
angelici. Et quedam ſunt q̄ non per ſe
viuūt ſed per participationeꝫ vt corpa
organica. Dicimꝰ ergo ꝙ vita eorū q̄ p
ſe viuūt immediate eſt a deo ſicut eorū

ſubſtantia vel eſſentia: Uita vero eorū qui viuūt pticipando vitā mediātib⁹ illis qui viuūt p ſe nō eſt immediate a deo: Sz illis mediantibus q̄ per ſe viuunt: Sed propter h̃ qđ diximus doctor pdictus. q. xviij. prima pte q̄rit dubium videlicz. Utrū anima ſit vita in deo: ꝛ ꝙ ſic ipē probat: qꝛ Jo. i. dicitur Qđ factum eſt in ipſo vita erat: ſz omnia poſt dn̄m facta ſunt g̃ in deo om̄ia ſunt vita. Inſuper viuere dei eſt eius intelligere. In deo autē idem eſt intellectus: et qđ intelligit̃ et ipm̄ intelligere eius. vnde quicquid eſt in deo vt intellectū eſt ipm̄ viuere: ſeu vita eius Cū ergo omnia q̄ facta ſunt a deo ſunt in ipſo vt intellecta: Sequitur ꝙ omnia in ipſo ſunt vita diuina Contra tn̄ h̃ poſſum⁹ iſtare. i. act⁹. xvij. dicit̃. In ipſo viuimus ꝛ mouemur ꝛ ſum⁹. Sz non omnia q̄ ſunt motus in deo ſunt vita. ſcđo omnia ſunt in deo: ſicut in primo exemplari. cū ergo non omnia viuant in ſeipſis videtur ꝙ non omnia in deo ſunt vita. Rndet his prefatus doctor Ad primum ꝙ creature dicunt̃ eſſe in deo dupliciter. Uno mō inq̄ntum continent̃ ab ipſo et conſeruantur virtute diuina: ſicut ea dicimus eſſe in nobis que ſunt in noſtra poteſtate: ꝛ ſic creature dicuntur eſſe in deo prout ſunt in proprijs naturis. In hoc modo intelligitur verbum apoſtoli dicentis in ipſo viuimus mouemur et ſumus: qꝛ noſtrum eſſe et noſtrum viuere ꝛ noſtrum moueri cauſatur ab ipſo deo. Alio modo dicuntur res eſſe in deo ſicut in cognoſcente: ꝛ ſic ſunt in deo per proprias rationes que non ſunt aliud in deo ab eſſentia diuina. vn̄ res prout ſunt ī deo ſunt eſſentia diuina: et qꝛ eſſentia diuina eſt vita nō aūt motus: inde eſt ꝙ res h̃ modo loquendi ī deo nō ſunt motus ſed vita. Ad argumentū dicit ꝙ exemplata oportet cōformari ſm̄ rōnem forme nō aūt ſm̄ modum eſſendi. Nam alterius modi habet eſſe que

dam forma ī exemplari: ꝛ ī exemplato ſicut forma dom⁹ in mente artificis h̃z eſſe īmateriale ꝛ ītelligibile. In domo aūt q̄ eſt extra aīam h̃z eſſe materiale et ſenſibile: vn̄ rōne rez q̄ in ſeipis nō viuunt nō ſunt vita: ſz p q̄nto ſunt ī mente dīna ſunt vita: qꝛ in mente dīna h̃nt diuinū eē ꝛc̄. Et ptz de ſuſceptōne vite ꝛ q̄ ſunt illa q̄ vitā ſuſcipiūt ꝛ viuentia dicuntur Capl̄m iij.

Tertiū miſterium contemplandum eſt de vite ſubata ſuſceptione vz. Que ſunt illa q̄ vitā ſuſcipiunt ſeu viuant. ita vt viuentia dici pnt ꝛ fit inſtantia tripliciter Primo reſpectu omniū rez naturaliū an viuāt. Scđo reſpectu corporū celeſtiū an illis ſit vita Tertio reſpectu increate nature an inſuper etiā in ipſa ſit viuens. Primo quibuſdam forte videret̃ ꝙ ī oībus rebus naturalibus ſit vita. Inquit em̄ Ar⁹. viij. phi. ꝙ motus eſt vt vita q̄dam natura extātibus oībus. Sz omnes res naturales pticipant motū: g̃ oēs res naturales pticipant vitā. Sz cōtra h̃ Dioniſius ī li. de diuinis noībus ait em̄ ſic plante ſm̄ vltimā reſonantiā vite h̃nt viuere. Ex quibus verbis accipit̃ ꝙ vltimū gradū vite obtinēt plante. Rndetur ſm̄ tho. i. pte. q. xviij. ꝙ illa ppꝛie dicunt̃ viuētia q̄ ſeipa ſm̄ aliq̄z ſpēm motus mouēt: alia vo in q̄z natura nō eſt vt agāt ſe ad aliquē motū vl̄ opatione viuētia dici nō pnt niſi p ſimilitudinē ꝛ ſic verbū phi pt intelligi: vl̄ de motu pmo. ſ. corpm celeſtiū: vel d̄ motu cōtet ꝛ vtroq̄z mō mot⁹ dicit̃ quaſi vita corporū naturaliū p ſimilitudinē ꝛ n̄ p ppꝛietatē Nā mot⁹ celi ē ī vniūſo corporaliū naturaliū: ſicut mot⁹ cordis ī aīali q̄ vita ꝯſeruat̃. Et ſilr̄ quicūq̄z mot⁹ naturalis ſe h̃z ad res naturales vt q̄dam ſilitudo vitalis opatiōis. Scđo fit inſtantia de corpibus celeſtibus d̄ quibus nonnulli aſſerunt ꝙ ſint animata Scribit ſiquidē aug⁹. li. xviij. d̄ ci. dei

# Sermo de eodem

ꝙ anaxagoras apud athenienſes reuſ
factus ſit:q꞉ ſolem dixit eſſe lampadē
ardentem:negansꝗ vtiqꝫ eſſe deū. Et
vt docet dn̄s Bon̄.in.ij.di.xiiij.ar.iij.
q.ij. Quidā phi poſuerūt ꝙ celi hērent
aīam:⁊ ꝙ celum eſſet magnum aīal: et
ꝙ moueꝛ a propria forma ꝑfecta:ſicut
moueꝛ anima. Et hāc animā motricē
poſuerūt regi ⁊ dirigi a deo mediāte in
telligentia cui pōni quidā inherentes
inducūt hiero.aſſerentē ſuꝑ illud eccľ.
i.luſtrās vniuerſa ꝑ circuitū ꝑgit ſpūs
ꝙ celi ſunt animati quibus obſtat di=
ctum Io. Dama. dicentꝭ li.ij. Nullus
aīatos celos aut luminaria exiſtimet.
Inaīati quippe ſunt ⁊ inſenſibiles. rō
uō pōt eſſe ſm Bon̄.vbi ſupra:q꞉ ſuba
intellectualis nō vniꝛ corꝑi niſi mediā
te vegetabili ⁊ ſenſibili:⁊ ita ſi celū pēr
ficereꝛ a ſuba ſpūali haberet ſentire et
vegetari:⁊ ſic poſſent naturaliter cor=
rumpi.hiero.vero metaphorꝭ. locutus
ꝙ ſi ad h̄ obijcereꝛ ex verbis cōmenta=
toris:qui ait in.ij.de celo ⁊ mū. Prin
cipia que ſunt in orbibus ſunt viua.
Phs etiā dicit ꝙ principiū potentia=
liter ⁊ cauſa in vita ē orbis. Ad primū
dici pōt ſm alex. ꝙ illud intelligiꝛ de ī
telligentijs q̄ viuunt quas motrices or
bium ponūt. Uel dicunꝛ viua effecti=
ue non ꝙ habeant vitā vt formam vꝛ
actum ſuꝑeffectiue ſed tn̄ habent calo
rem:aut frigus. Nec tn̄ calida ſunt nec
frigida formaliter loquēdo Uiua ita=
qꝫ dici poſſunt.i. ꝯſeruantia viuentes
in vita. Nimirū deteſtandus error po
nentium illa viuere cū facile diuinita
tis habere poſſent eā venerarenꝛ ac co
lerent:ita quidam falſitate deluſi ſolē
⁊ lunam deos exiſtimantes corꝑa illa
adorare ſunt auſi. De quibus ſic loqui
tur Euſebius li.i.de euāgelicā ꝑpara
tione Egiptios ferūt primos
cū in celū oculos ſuſtuliſſent motum
ordinē in qūtitates corporꝫ celeſtiū ad
mirantes ſolem ac lunā deos putaſſe:
ac ſolē quidem oſiris:lunā yſin nuncu

paſſent a proprietate quadā inditis ſi
noibus. Nā ſi quis ad latinā linguam
v̄ba trāſferat multi oculi oſiris dici ꝑt
nec id abrē:radios eīn ſuos quaſi mul
tis rebus īmittit oculos quibus oīa ꝓ
ſpicit.yſin vō latine priſcā dicere poſ=
ſumus lune:h̄ nomine inclito qm̄ ſem
piterna priſcaqꝫ ſit. Et iteꝝ de grecis
idē platonem inducit Plato inquit in
cratilo ſic ſcribit Ad verbū videnꝛ mi=
hi primi grecoꝝ eos ſolūmō deos pu
taſſe q̄s etiā nunc multi ex barbaris co
lunt ſolē vꝫ atqꝫ lunam tellurē ſtellas
atqꝫ celum. Nā cū ipſa cernerent them
ſemper h̄ eſt currere atqꝫ reſolui ab hac
ipſius them nam theos.i.deos appella
rent.tertio d̄ natura īcreata dubitaꝛ
an ipā ſit viuēs Nū eīn vita addat ſ̄ eē
in illo in q̄ nihil addiꝛ ad eſſe videꝛ ꝙ
nō ſit vita. In deo autē nihil addiꝛ ad
eſſe Alioquin in ipō eſſet aliq̄ ꝯpoſitio
vn̄ nec in ipō erit vita. Rn̄det alex. ꝙ ī
deo eſt vita nō ꝑ d̄riam a ſuba. Qꝫ ipē
ſua vita eſt ⁊ ſuū viuere ⁊ tanto nobili
or eſt eius vita qūto ſimplicior q꞉ autē
dominium eſſē eſt ſimpliciſſimum ni=
hil habens de potentialitāte admixtū
Ideo eſt in plena actualitate atqꝫ vi=
gore. ꝙ autem in deo ſit vita patet per
Auguſti.qui ait in libro de fide ad pe
trum. Deus naturaliter vita eſt inde ē
ꝙ antiqui per iuramentū ſolebant di
cere Uiuat domin⁹.ſicut patet.xxij.q.
i.c.iurabunt Et primi.Reg.xxviij.c.⁊
xxiiij.⁊.xxvi.⁊.xxviij. Et ſcdi.Re.ij.c.⁊
Judith.xiij.dixit illa ſancta Judith.
Uiuit ipē dn̄s deus noſter Et Iſa.xl
ix.c.viuo ego dicit dn̄s. Et Dani.xiiij.
dixit Daniel. Nō colo idola manu fa=
cta:ſed viuentem deum qui fecit celū
et terram. Et Hiere.xxij.c.viuo ēgo di
cit dn̄s. Et Ezec.xiiij.⁊.xvi.c.viuo egō
dicit domin⁹. Ipſe ergo eſt deus qui
viuit cuius vita eſt eternā tū quia eſſe
diuinum eſt eternum;vt autem inquit
Tho.i.parte.q.x.ar.i. Illud quod vere
eſt eternum nō ſolum eſt ens ſed viuēs

tum qꝛ vt ait Ariſ. ij. metha. oſtenſo ꝙ
deus ſit intelliges Cõcludit ꝙ hꝫ vitã
ſempiternã ⁊ pfectiſſimã: qꝛ intellectus
eſt pfectiſſimus ⁊ ſemp in actu q̄re cuꝫ
ip̄a ſit vita vera: alijs nõ tm̄ tpalem. ſꝫ
etiam eternã vitã ꝯcedere põt: ad quã
iuſti feſtinantes adipiſcunt̄ regnũ ce//
lorum in q̃ xp̄s ſaluatoꝛ noſter viuit et
regnat in ſe. ſecu. amen

Explicit Sermo de vita tẽporali eter
na ſcꝫ ipſius dei.

Sermo ſcd̄us in q̃ tractat̄ de vita ho
minis ante ſuam beatitudinem

Iuſti autem
in perpetuum viuent. ⁊c.
Jteruꝫ vbi ẽ acquirenda
nũc eſt vita ĩmortalis non ſine laboꝛe:
qm̄ ip̄a eſt p̄mium cuiuſcũqꝫ oper̄ vir
tuoſi. Et vt Gre. ait in ſermone pluri//
moꝛũ martirũ ad magna p̄mia pueni
ri nõ põt: niſi p magnos laboꝛes Ue//
runtñ anteq̄ꝫ d ip̄a vite eternitate quic
q̄ꝫ dicamus de vita hominis añ ſuam
beatitudinem aliquid apiemus: vñ cõ
ſiderabimus de hominis vita ſm̄ tri//
plicem ſtatum

Primo ſm̄ ſtatum nature condite.
Secũdo ſm̄ ſtatum nature lapſe
Tertio ſm̄ ſtatum nature reperate.

Qd̄ in ſtatu nature cõdite homo ſi
voluiſſet impaſſibilis fuiſſet: ⁊ ĩmorta
lis. Caplm̄ .i.

Primo ꝯſideremus hominis vi
tam: ſm̄ ſtatuꝫ añ ip̄am vitã ſm̄
triplicẽ hominis ſtatũ nature condite
ſcꝫ ante pctm̄ q̃ tp̄e ſi voluiſſet impaſſi
bilis erat ⁊ ĩmortalis. Ad qd̄ pleni⁹ in
telligendum erũt declarande tres diffi
cultates videlicꝫ.

Prima de impaſſibilitate
Secunda de ĩmortalitate
Tertia de cibi neceſſitate

Prima difficultas de impaſſibilita
te. quõ ſcꝫ verum ſit ꝙ homo conditus
fuerit impaſſibilis. Primo qꝛ ſentire ẽ
qd̄daꝫ pati. Sꝫ in ſtatu ĩnocentie erat
hõ ſenſibil̄ g̃ ⁊ paſſibilis. Scd̄o qꝛ cor
pus hoĩs molle fuit: ⁊ omẽ molle natu
raliter paſſiuũ eſt a duro. G̃ ſi corpi pri
mi hoĩs oblatũ fuiſſet aliqd̄ durꝝ ab eo
pateret̄. ⁊ ſic fuiſſet hõ paſſibil̄. Tertio
qꝛ Aug. ſup gen. ad lr̄am dicit Adam
nõ manducauit de pomo eo ꝙ crede
ret eſſe deũ: ſed ne ſuas delitias cõtri//
ſtaret. ſ. vxorẽ ſuam ſicut Salomon ad
oꝛauit idola. iij. Re. ij. c. Ne cõtriſtaret
vxores ſuas Ex quib⁹ ptꝫ ꝙ Eua erat
cauſa ꝓpter quã Adaꝫ comederat. Aꝫ
ſtatus pꝛime ꝯditionis erat ſtat⁹ paſſi
bilitatis aĩe ⁊ corpis triſtabilis ĩ ſtatu
pꝛime ꝯditionis. Sꝫ triſticia eſt paſſio
affligens aĩam: relinquit̄ g̃ ꝙ ſtat⁹ pri
me ꝯditionis erat ſtatus paſſibilitatis
aĩe ⁊ corpis. Ad h̄ obiecta ſoluẽda ſan
ctus Tho. i. pte. q. xcvij. dicit ꝙ paſſio
dupl'r dr̄ Uno mõ ꝓpꝛie ⁊ ſic põt dici
ꝙ a ſua naturali diſpõne remouetur.
Paſſio em̄ eſt effectus actõis ſm̄ Gil
bertum poꝛectanũ li. vi. pꝛincipioꝝ In
rebus aũt naturalib⁹ ꝯria agunt et pa
tiunt̄ adinuicẽ qꝛ vnũ remouet alterũ
a ſua naturali diſpõne. et de hac dicit
Dam̄. ꝙ paſſio eſt mot⁹ p̄ter naturam
Alio mõ dr̄ paſſio cõiter ſm̄ q̄ꝫcũqꝫ im
mutationẽ etiã ſi ptineat ad pfectionẽ
ſicut ĩtelligere vl' ſentire dr̄ qd̄daꝫ pati
Ptꝫ g̃ ex diffinitiõe iſta: ꝙ paſſio erat
iſto ſcd̄o mõ ⁊ nõ pꝛimo. qm̄ ſentire et
doꝛmire nõ remouent hominem a na
turali diſpõne: ſed poti⁹ oꝛdinant̄ ad
bonũ nature Ad ſcd̄m idẽ doctoꝛ di
cit ꝙ ĩ illo ſtatu hõ poterat corp⁹ p̄ſer
uare ne pateret̄ leſionẽ ab aliq̃ duro p
tim quidẽ p ꝓpꝛiã rõneꝫ p quã poterat
vitare nociua. ptim em̄ p diuinã ꝓuidẽ
tiam q̃ ſic ip̄m tuebat̄: vt nihil occurre
ret ex impꝛouiſo a quo lederet̄ Ad ter
tium r̄ndet Alex. in. iij. volumine ſum//
me ſue. ꝙ q̄ꝫuis homo haberet naturã
triſtabilẽ nunq̄ꝫ tñ triſtaretur dummõ
ratio p negligentiaꝫ ⁊ ꝓpꝛio ſtudio nõ
deficeret. Concludunt itaqꝫ doc. omnẽ
impaſſibilitateꝫ illius ſtatus Jſido. li.

de tri. ait. Si homo in paradiſo innocēs
viueret: nec ignis eū vreret. nec aq̄ mer
geret: nec aeris abſentia ſuffocaret: nec
oīa que nocent mortalibus impediret.
et aug. li. xiiij. de ci. dei. c. xxvi. ait. Nihil
corruptionis in corpe: vel ex corpe vl-
las moleſtias: vllis eius ſenſibus inge
rebat: nullus intrinſecus morbus: nul
lus ictus metuebat̃ extrinſec⁹: ſumma
ī carne ſanitas: in animo tanta trāquil
litas: ſicut in paradiſo nullus eſt eſt⁹ aut
frig⁹: ſic ī ei⁹ hītatore: nulla ex cupidi
tate vł timore accedebat bōe volūtat̃
offenſio nihil omnino triſte nihil erat in
aniter letuz. hec ille Notat̃ tñ ſm dicta
Scoti ⁊ dñi Boñ. et alioꝝ doc. di. xix.
ij. libri: q̄ impaſſibilitas illa non erat
dos ſicut impaſſibilitas btōꝝ: q̄m ſolū
priuabat actum: ſed non potentiam
patiendi Impaſſibilitas vero beatoꝝ
priuat actum et potentiam paſſionis
ſm oēm ſtatū Et ne cui impoſſibili vi
deatur qđ dicimus de ſtatu primi ho
minis omnia ad dei voluntatē et ordi
nem referendo Inſpiciamus exempla
quibus patere pōt qualiter deus actuz
ſuſpendit actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ approxi
matoꝝ ⁊ non impeditoꝝ: ita vt actio
non fuerit ſecuta: ſi ſm naturam factuz
fuiſſet Eſt quippe ignis elementū ma
xime actiuitatis: et nihilominus tres
pueros in ardentem fornacem miſſos
vt cōburerent̃ nec minime leſit: q̄nimo
ambulabant in medio flāme laudātes
⁊ bñdicebant deum Daniel. iij. c. Jo-
hannes euāgeliſta Domitiani crude-
liſſimi tpibus Rome in dolium feruē
tis olei miſſus illeſus exiuit Sanctiſſi
ma agnes flāmis iniecta nihil ſibi no
cuit Johānes euāgeliſta venenū mor
tiferꝝ bibit: quo exauſto duo alij extin-
cti fuerant ipe vero intactus ꝑmanſit.
Quid plura Indomitas feras man-
ſueſcerat ſanctis ſuis Nōne fecit ſem-
piternus deus q̄ illos nedū offende-
re auſe ſunt: verum ⁊ ei obediebant ac
ſi rōne vigerent Ferociſſimi inter ani-
mālia leones reputantur: ⁊ tamē An-
tonio miniſtrant ad terram effodendā
ꝓ ſepultura pauli pmi heremite: vt ī vi
tis patꝝ de paulo legitur: Leonis pre
ſidio abbas zozimas ſancte marie egy
ptiace corpuſculum ſepeliuit leonez et
Hieronimus habuit qui ita obediens
erat vt ⁊ aſinum monaſterij ad paſcua
dirigeret De Jona legimus q̄ fuit a
cete deuoratus poſt triduum autē ad
littus ab eadem belua ſanus fuerat eie
ctus Jone. ij. Nec mirandum ſi ad ip
ſum rerum omnium opificem ſapien-
tiam atq̧ potentiā iſta referamus. Ip
ſe ſiquidem et hec tempora tenebraruz
prout melius iudicauit homini conue
nire aliquibus beluis marinis dona-
uit vt cum homine familiaritatem con
trahere poſſent Sicut đ delphine pli
nius in libro de naturali hyſtoria ait
Secundũ exemplũ in legenda quoq̃ꝫ pauli primi heremite legitur ꝙ beatus Antonius ille magnus vidit angelos animam pauli ad celos deferentes qui currens ad eius cellam inuenit eũ genibus flexis ad dñm orantem ita vt vt viuere eum extimaret; ſed cum mortuũ didiciſſet dixit O ſanctiſſima anima qđ gerebas in vita in morte monſtraſti: ſicq̃ꝫ adiutorio duoꝝ leonũ ſuperuenientium ipſum tradidit ſepulture. Tertium exemplum eſt de ſancto Germano de quo dicit Grego. xij. dia. ſanctus Bñdictus longe a capuana ciuitate poſitus ipſius animam in globo igneo ad celum ferri ab angelis aſpexit. Quartum exemplum eſt đ beato Franciſco de quo refert dñs Boñ. ĩ legenda maiori ꝙ illa hora qua obdormiuit vnus ex fratribus vidit ipſiꝰ animam ſub ſpecie ſtelle prefulgentem in celum recto tramite ſurſum ferri. Miniſterq̃ꝫ fratrum terre laboris tũc erat frater Auguſti. vir vtiq̃ꝫ ſanctus et iuſtus qui in hora vltima poſitus Cum iam pridem amiſiſſet loquelam audiẽtibus qui aſtabant ſubito clamauit et dixit Expecta me pater: expecta me pater: iam venio tecum: querentibus fratribus ⁊ admirantibus cum ſic loqueretur rñdit None videtis patrem nr̃m Franciſcũ qui vadit ad celũ Et ſtatim ſancta illa aĩa migrans a carne patrẽ eſt ſecuta Sanctiſſimus ep̃us inſuper aſſiſinas ad oratiũ ſancti Michaelis ĩ monte gargano tũc temporis ꝑegrinationis cauſa prexerat Cui beatꝰ Franciſcus in nocte tranſitus ſui apparens dixit Ecce relinquo mundum et vado

# Sermo de eodem

ad celum. Mane igitur ſurgens ep̄us
ſocijs narrauit q̃ viderat ⁊ aſiſſium re//
diens cū ſolicite requiſiſſet certitudina
liter recognouit ꝗꝫ ea hora qua ſibi per
viſionem innotuit beatus pater ex hoc
mundo migrauit. Quintum exem//
plū de beato Martino de q̃ refert bea
tus Seuerus in ſuo dialogo ꝙ beat⁹
Seuerus ep̄s colonienſis dū die do//
minica cum ſuis clericis poſt matuti//
num loca ſancta viſitaret illa hora qua
vir beatus obijt. Audiuit chorum ca//
nentiū in ſublimi: dixitꝗꝫ ſuis dñs me
us Martinus ep̄s migrauit ex h̄ mun
do: ⁊ nūc angeli canendo deferunt eū
in celum. Eodēꝗꝫ tp̄e mediolani Am
broſius ep̄s erat cum celebraret dñica
feſta diei: erat cōſuetudo vt veniens le
ctor nihil legere p̄ſumēdo priuſꝗꝫ ſan//
cto nutu iuſſiſſet. Factum eſt autem vt
illa die dñica nullus extaret qui lectio
nem beati Pauli legeret: qꝛ beat⁹ An
tiſtes ſuꝑ ſanctum altare obdormiuit
quē cū nullus excitare p̄ſumeret tranſ
acto longo ſpacio excitauerunt eum di
centes iam p̄terijt. Rūdet beatus Am
bro. Nolite turbari multum mihi valet
ſic obdormiſſe: tale miraculū dñs dig
natus eſt oſtendere: nam nouerit fra//
trem meū Martinum ſacerdotē egreſ
ſum fuiſſe de corꝑe me aūt eius fune//
ri obſequiuum p̄ſtitiſſe: tunc ille ſtupe
facti pariter diem et tp̄s notant: itaꝗꝫ
reperiunt ſicut dixerat illis Ambro.

Sextum exemplum eſt ſanctoꝝ ger
uaſi ⁊ protaſi martiꝝ quoꝝ corꝑa inue
nit beatus Ambro. anno ſc̄do Theo//
doſij mediolani. Nā ſibi apparuerūt ⁊
etiā cū eis apparuit Paulus ⁊ decla//
rauerūt locū quo illa corꝑa erāt recon
dita q̃ magna deuotione Ambro. ad
Baſilicā fauſte repoſuit. Septimū
exemplū eſt de inuentione corꝑis ſan
cti Sthephani q̄d repertum fuit hie//
roſolimis apparēte gamalieli p̄ſpitero
venit lucidiano. Et ne ꝑ ſinglos ire ne
ceſſe ſit: multa viſa ſunt etiā poſt mortē
de ſtatu defunctoꝝ in quibus aīaꝝ im
mortalitas aptiſſime demonſtrat̄. Se
cundū exemplum dicit̄ exauditionis.
Si aīe ſanctoꝝ nō viuerēt i regno dei
quō poſſent hoīes mundi in ſuis peti
tionib⁹ exaudiri. ꝙ āt exaudiant̄ ptꝫ d̄
illio q̃ ſe virgini glorioſe catherine An
tonio alijſꝗꝫ ſanctis cōmendant quoꝝ
ſuffragijs a multis ꝑiculis ⁊ aduerſita
tibus liberant̄ in tempeſtate mar̄ nau
fragiū patiētibus in egritudine varijs
ꝗꝫ anguſtijs laborantib⁹ q̄tiens ſubue
nit virgo beata. Quid igit̄ referes tu o
filij ꝑditiōis eſt ne mortua v̄ginis aīa
eſt ne mortua aīa beati antonij. Nun//
quid mortua eſt aīa beate Urſe aliorū
ꝗꝫ ſanctoꝝ. Abſit tam impiū errorē co//
gitare. O pater Franciſce quō aīaꝫ tuā
dicere poſſum⁹ mortuā qm̄ poſt mortē
tuā tantis exhibuiſti ſubſidia caritatis.
Narrat dñs Bon. h̄ quoꝗꝫ miraculū
in legēda maiori beati Franciſci: ꝙ in
ꝑtibus cathalonie accidit viꝝ quendā
noīe Johēꝫ beato Franciſco deuotuꝫ
quodā ſero per quandā viam incedere
in qua pro inferenda morte inſidie la//
titabant: nō quidem ipſi veꝝ cuidāꝫ al
teri. Exurgens quidam de inſidijs cū
hoſtem ſuum eum eſſe putaret: tam le
taliter cum plagis pluribus gladiauit
vt nulla prorſus ſubeſſet ſpes recupe//
rationis ſalutis. Cum igit̄ iudicio me
dicorū ipſius pietatis eſſet curatio cō
uertit ſe ad beati Franciſci patrociniū
quanta poterat deuotione ſalutem po
ſtulabat. Cui nocte aſtitit quidam in
habitu Fratris minoris per feneſtram
ingreſſus qui vocās eum dixit: qꝛ fidu
ciam habuiſti in me: ecce dñs liberabit
te: a quo cūꝫ eger inquireret quis eſſet
Franciſcum ſe eſſe reſpōdit. Et ſtatim
appropiquās vulneꝝ ſuoꝝ religaturā
reſoluit. Et cū vngento ꝑ oīes plagaſ
vt videbat̄ perunxit. ſtatim ip̄e ſenſit ſe
priſtine reſtitutum ſanitati. quo facto
beatus Franciſcus receſſit. at ille vxo//
rem letus vocauit q̃ celeriter currens ⁊

ſtare iam videns quē ſepeliendum pu
tabat in craſtinū vicinam totā clamore
cōpleuit: accurrentes aūt filij ꝛ cū nite
rentur illū tanꝙ freneticū in lectum re
ponere: ꝛ ille renuens oſtēderet ꝛ aſſe
reret ſe ſanatū tanto ſunt ſtupore atter
riti vt quaſi ſint mente oēs effecti ip
ſum fantaſticum eſſe crederent ꝙ vide
bant: quē paulo ante cōſpexerant pla
gis attrociſſimis laniatum plena vide
bāt icolumitate iocundū. Quibus ille
qui factus fuerat ſanus ait. Nolite ti
mere qꝛ ſanctus Franciſcus mō a loco
iſto receſſit Et illaꝝ ſacraꝝ manuū ta
ctu me integre liberauit. Inquit poſt
hec dn̄s Bon̄. Digna quidā beat⁹ pa
ter carne iam mortuus vt viuens cum
xp̄o pn̄e ſue oſtenſione mirabili ꝛ ma
nuum ſacraꝝ palpatione ſuaui vulne
rato letaliter viro ſanitatē ꝯceſſit cuꝫ il
lius in ſe ſtigmata tulerit: qꝛ miſericor
diter moriēs ꝛ miſerabiliter reſurgens
vulneratū genus humanū ꝛ ſemiuiuū
relictū plagaꝝ ſuaꝝ virtute ſanauit

Tertiū exemplū dicit̄ defenſionis
ſanctoꝝ: quippe patrocinia quibus ſe
pius populi ſubſidiū defenſionis obti
nuerūt aīam oſtendūt imortalē Scri
bitur nāꝙ i. ij. macha. c. xv. qualiter cuꝫ
Judas machabeus cogeret̄ bellū cō
mittere ꝯ nichanorē qui hierl'm ꝛ tem
plū diſſipare volebat: eſſetꝙ Judas i
loc̄ Samarie cū pauc̄ qui timebāt ꝑ
pter paucitateꝫ ſuam hortatus eſt eos
Judas expoſito ſomnio qđ in eadem
nocte viderat in hūc modum: viderat
ſummū ſacerdotē defunctū iam manuſ
ꝑtēdentē orare ꝑ populo iudeoꝝ poſt
hūc apparuiſſe Hieremiā ꝓpham de
diſſe ipi Jude gladiū aureū et dicentē
Accipe gladiuꝫ ſanctū in q̄ ꝯcidas ad
uerſarios populi mei Iſrl': qꝛ viſione
ꝯfortati qui erant cū Juda impetū fe
cerunt in hoſtes: ꝛ ꝓſtrauerūt ex eis nō
minus xl. millia nichanore cū eis inter
empto: ꝛ redierūt hieroſolimā bn̄dicen
tes deū: caput nichanorē ꝛ manū cum
humero abſciſam circa templū ſuſpen
dentes. Mōne ſanctus Mercuri⁹ Ju
lianū apoſtatā interfecit. Nā cum ipſe
ꝯ pſas incederet manu forti in nocte vi
dit Baſilius in eccl'ia ſancte Marie in
viſu multitudinē angeloꝝ: ꝛ in medio
quandā feminā in throno ſtantem: et
aſtantibus dicentē. Vocate mihi cito
Mercuriū: qui Julianum apoſtatam
occidat: qui me et filium meum ſupbe
blaſphemat Erat aūt Mercurius qui
dam miles qui ab ipſo Juliano ꝑ fide
criſti fuerat interfectus: ꝛ in eadem ec
cleſia erat ſepultus: ſtatimꝙ ſanctus
Mercurius cū armis ſuis que ibi ſer
uabantur affuit: ꝛ viſus ab ea in pliuꝫ
properauit: ꝛ monumentū ſuuꝫ aguit
Expgefactus Baſilius ad locū vbi ſan
ctus mercurius cū armis ſuis quieſce
bat iuit ꝛ monumentum ſuum aperiēs
nec corpus ibi nec arma inuenit Se
quēte mane ibidē rediens inuenit cor
pus eius et arma ꝛ lanceam ſanguine
cruentatā. Et ecce quidā de exercitu di
xit Cum Julianus imꝑator in exerci
tu moreret̄ affuit miles quidaꝫ ignot⁹
qui vrgens calcaribus equum auda
ci mente Julianum impetijt: lanceam
fortiter vibrans ipm per medium ꝑfo
rauit Et ſubito aſcendēs nuſꝙ compa
ruit. ipſe vero Julianus dū adhuc ſpi
raret: vt dicit̄ i hiſtoria triptita ſangui
ne ſuo manum impleuit: ꝛ in aere ꝓie
cit dicens. Viciſti me Galilee viciſti
ſicꝙ in his vocib⁹ expirauit Et ab om
nibus ſuis inſepultus relictus fuit Ec
ce quotquot nobis offerunt̄ exempla
vt animaꝫ imortaleꝫ ſciamus O dura
corda quid facitis: cur anime ſalutem
negligitis Audite chriſtum dicentem.
Mat. xvi. quid prodeſt homini ſi vni
uerſum mundum lucretur Anime vo
ſue detrimentum patiat̄: aut quam da
bit hō cōmutationem pro anima ſua:
queramus igitur illaꝫ ſaluare: vt viuat
cum criſto hic per gratiam: ꝛ in futuro
per gloriam amen

Glorioſiſſimo principi ⁊ domino dño Nicolao Marcello Sereniſſimo venetiaꝝ duci Dominicus Bollanus artium ⁊ philoſophie doctor: debita reuerentia erga ſublimitatem ſuam p̄miſſa plurimum ſe cōmendat. Cum ex florentiſſimo gymnaſio Paduano ad patriam reuerſus eſſem: tantumqꝫ ocij mihi daretur quale nunq̃ ſimile per totum tempus elapſum vite mee mihi datum fuit: cogitaui nolle vitā meam ſub ſilentio ꝑtranſire: imo aliquod opus laude dignum decreui efficere: quo mediante vita noſtra illuſtraretur. Nam vita qua ſtruimur breuis eſt: et niſi homo dū viuit aliqd̓ laude dignum efficiat: veluti belua vitam ſuā ducit: atqꝫ eandem terminat. Cum autem multa ipſe mecum animo voluerem decreui illam iamdiu inter ſic clariſſimos theologos agitatam controuerſiam de conceptione glorioſiſſime virginis Marie contexere. Opus autem ad finem peroptatum duxi: in quo quantū potuimus imitati ſumus patrem noſtrum aurelium Aug. ⁊ theologie principem: atqꝫ monarcham Scotum: a cuius fonte vberrimo multa preclara ſumpſimus: veriſſimiſqꝫ rationibus atqꝫ excellentiſſimis ſanctoꝝ auctoritatibus virginem glorioſiſſimam in conceptione ſanctā: nec vnq̃ a macula peccati originalis fuiſſe deturpatam demonſtrauimus. Cum vero intellexiſſem Serenitatem tuā glorioſiſſimam dei matrem Mariam ſummo quodam honore et reuerentia venerari: volui opus hoc tuo glorioſo nomini dedicare. Suſcipe ergo diue Princeps libēti animo opus manuum noſtrarum: ipſum lege ac perlege quoniam tua excellentia multa preclara ac laude digna in opere iſto inueniet: ⁊ hoc non tantum meum: verum etiam omnium aliorum qui ab omni cura et odio vacui ſunt erit tale iudicium. Nihil aliud mihi deniqꝫ reſtat: niſi pijs precibus orare dn̄m deum noſtrum: vt pro bono ſtatu ⁊ reipublice Venete in hac mortali vita Serenitatem et excellentiam tuam diu feliciterqꝫ conſeruet: qm̄ vt inquit ꝑipateticoꝝ princeps Ariſt. iij. politicoꝝ. Melius eſt ciuitatem regi a principe optimo: q̃ optima lege.

Dominici Bollani artiũ et philoſo
phie doctorꝫ filij Magnifici dñi Can
diani in q̃one de cõceptione glorioſiſ-
ſime virginis Marie Probemium

NOn paruo
dolore animi afficio cũ
audio quoſdã magiſtra
li inſula decoratos vi-
ros ꝑtinaciter affirmare glorioſiſſimã
intemeratãꝗ virginez Mariã ab eter-
no Jeſu xp̃i matrem electã a macula
peccati originalis fuiſſe deturpatã: at
ꝗ in eã conceptam Nam cũ ſacroſan-
cta mater eccleſia tanta taliaꝗ de glo
rioſiſſima v̾gine Maria canat atꝗ af
firmat. Que nulli vnꝗ alteri creature
pure cõceſſa vident̾ Profecto poſſent
in beatã virginem modeſtius loqui: et
ita pleno ore: q̃d affirmãt affirmare nõ
deberẽt. Si Augꝫ. totius fidei noſtre
lumen ac ſidus clariſſimuz cui datum
eſt de ſumma et incomprehenſibili tri
nitate dei loqui atꝗ determinare prõ
pter honorẽ dñi: cũ de peccatis ab illo
agitur nulla de beata virgine voluit fa
cere q̃onem Profecto hi maximo erro
re ducunt̾: affirmantes virginem ĩ pec
cato originali fuiſſe conceptam. Qm̃ ſi
ita in ſcripturis ſacris eſſe determina-
tum eſſet ſicuti hi viri affirmãt: nonne
ſancta mater eccleſia cui datũ eſt erro
res remouere ⁊ ea q̃ noſtre fidei ꝯſona
ſunt ponere eã in pc̃tõ originali conce
ptam affirmaſſet atꝗ p̃dicaſſet. Si er
go eccleſia ſancta dei h̃ affirmare non
decreuit q̃ tanta ac talia de virgine lo
cuta eſt Cur ĝ hi nulla euidenti ratiõe
coacti neꝗ ab eccleſia aſtricti hoc tam
impie affirmare audent Huius rei cãz
aliam repire nequeo: niſi ꝙ aſſidua eo
rũ de hac re cogitatio in peſſimũ vſum
cõuerſa eſt. Impoſſibile potiuſꝗ eſſet
opinionem hanc a veritate alienam ex
cordibus illoꝝ euellere q̃ iudeoꝝ ꝑfi-
diam de illoꝝ cordibus eradicare Ag
grediamur ſacre theologie fontes vber
rimos: ⁊ videamus quid de cõceptiõe
glorioſiſſime virginis affirmatur: ac in
ſcripturis ſacris legit̾. Dicat nũc nobis
ſapiã Salomonis: quid de tali conce
ptione ſentiat loquens in ꝑſona Ma-
rie. Dñs poſſedit me ab initio viarum
ſuaruz anteꝗ quicꝗ fieret a principio
creationis: ſ. mundi: qñ dictum eſt. In
principio creauit deus celũ ⁊ terraz ab
eterno ordinata ſum: vt eſſem. ſ. Jheſu
xp̃i mater: ex antiquis ſcz eternitatꝫ: an
teꝗ terra fieret. i. ante omnẽ corꝑalem
conditam creaturã nũdũ erant abyſſi
ideſt nunduz erant angelice nature: q̃
abyſſi nuncupari pñt ad oſtendendaz
eaꝝ ſubaꝝ excellentiã: ⁊ ego Maria iã
cõcepta eram in mente. ſ. opificꝫ ⁊ crea
toris mei nũdum fontes aquaꝝ erupe
rant: nũduz ſanctoꝝ p̃dicationes eru
perant qui ſancti tãꝗ fontes vberrimi
nuncupantur de quibus dixit eccleſia
In omnẽ terram exiuit ſonus eoꝝ: et ĩ
fines orbis terre verba eoꝝ. Nec mar-
tires graui mole ꝯſtiterãt. Nec marti-
res qui ſua ſtabilitate et aſperſione ſui
ſanguinis eccleſiam dei auxerũt: et in
quadam ſtabilitate illam poſuerũt cõ
ſtiterant Et ego Maria iam concepta
eram ante omnes colles. ego ſcz Ma-
ria ꝑturiebar. i. ante omnes creaturarũ
naturas atꝗ eſſentias que poſſunt ap
pellari colles: q2 ſicut vnus collis aliũ
excedit ſm apicem ⁊ ſummitatez ſuam
ſic in ordine eminentie creaturaꝝ eſſen
tia vnius ſm perfectionem eſſentialez
aliam excedit. Si ĝ eccleſia ſancta dei
id q̃d de ſapiã vnigeniti filij dei dicit̾
de glorioſiſſima virgine affirmare de-
creuit eiuſꝗ conceptio ſancta in men-
te opificis ab eterno ordinata eſt ante
cuiuſcunꝗ alterius creature cõceptio
nem atꝗ creationem: qm̃ vt dicit Au
gu. ſermõe. xliij. ad heremitas Maria
mater ſ. eius. ſ. xp̃i electa eſt ⁊ ſup omnes
creaturas p̃electa quõ audẽt hi viri af
firmare pc̃tm̃ Ade potuiſſe maculare

animam virginis ac dei matrez: ſi an//
te omnē creaturam virgo fuit concepta
atq̄ ꝑelecta ſuper omnes creaturas in
mente creatoris noſtri. Hoc ꝓfecto ab
his dicenduz non eſt: cum Aug. fidei
noſtre ſydus clariſſimū. li. xiiij. d ci. dei
c. ij. dicat homo eū peccato ſuo nō po
tuit diuinum perturbare cōſilium: qua
ſi ſtatuerat deum mutare cōpulerit qm̄
ſiue Adam peccaſſet ſiue nō: conſiliuz
dn̄i in eternū manet. Dicat etiā nobis
cantica canticoꝝ: quid de conceptione
virginis ſentiat: et de filio dei ad glo//
rioſiſſimam virginez loquente quid af
firmat. ecce iſte. ſ. dei filius: venit ſcz in
mundum: ſaliens in montibus: ⁊ tran
ſiliens omnes colles. i. excellens ſuper
omnes ſanctos ⁊ angelorū choros. en
ipſe ſcz dei filius: ſtat poſt parietem no//
ſtrum ſcz qn̄ verbum caro factum eſt ꝓ
ſpiciēs per feneſtras ſenſuū ſcz exterio
rum: ⁊ ꝑ cancellos ſenſuū ſcz interiorū
En dilectus meus ſcz dei filius loqui
tur mihi ſcz Marie vt ipm̄ dei verbuz
fieret caro dicens ſurge amica: ⁊ nō in
imica: vt certe mulieres. Veni colum//
ba mea: in qua non eſt macula aut fel:
Formoſa mea: iam hyems tranſit ad
demonſtrandum Marie iram dei ī ge
nus humanum erga illam nō eſſe nec
ipſam ſub tali hyeme poſſe capi iō im//
mediate poſt inquit. Imber abiit et re
ceſſit flores apparuerūt in terra noſtra
Surge. ſ. Maria: ⁊ nulla macula eſt ī
te. Si ḡ dei filius tranſiliuit oīes col
les omnes ſanctos ⁊ angeloꝝ choros:
nōne fuit maiori laude gl̄ia q̄ digniſſi
mus humani generis redemptor xp̄s:
q̄ deſtructor humani generis Adam
pater peccati: qui fuit de terra virgine
nullis vnq̄ maculis deturpata. Quō
ergo xp̄s redemptor noſter potuiſſet eē
deterior q̄tum ad huius ſeculi origi//
nem ip̄o Adaz. Nam vt etiā aſſerit au
relius Augu. eodem ſermone. xliij. di//
cens Sicut in celo habuit patrem im
mortalem ⁊ eternum ſic et in terra ha//
buit matrem omni corruptione caren
tem Erubeſcant hi ⁊ amplius non lo//
quant: q: marie dicitur. Surge ami//
ca mea ſpecioſa mea: ſurge ⁊ nulla ma
cula eſt inte Amplius nōne fuit poten
tia in patre eterno: vt verbū ac vnigeni
tum filium ſuum qn̄ debebat fieri caro
nobilioris maioriſq̄ dignitat eſſet q̄n
tum ad originem ip̄o Adam. Nonne
fuit ſapientia in vnigenito filio dei cū
amore ſp̄ūs ſancti in veneranda criſti
matre. Si ergo nō fuit omnipotentie
defectus neq̄ ſapiētie error: neq̄ amo
ris impedimentum Si xp̄s potuit ve
nerari matrem qua veneratione ⁊ ipſe
venerabat: quia vt dicit Aug. eodē ſer
mone xliij. In celo qualis eſt pater ta
lis eſt filius. ſic ⁊ in terra qualis eſt ma
ter ſm carnē talis eſt filius. ſ. xp̄s Pro
fecto potius hi ſilere deberent: q̄ velle
talibus ꝯtumelijs glorioſiſſimam dei
matrem afficere: de qua dixit eccleſia.
Quibus te laudibus efferaz neſcio: q:
quē celi cape non poterant tuo gremio
cōtuliſti. Et alibi dicit. Felix es ſacra
virgo maria: ⁊ omni laude digniſſima
ad demonſtrandum ipam nulla igno
minia eſſe afficiendaz. Cauſa aūt hui⁹
eſt: q: ex illa ortus eſt ſol iuſticie criſtuſ
deus noſter. Et alibi dicit ab eccleſia
Que eſt iſta q̄ progredit quaſi aurora:
pulcra vt luna: electa vt ſol. vn̄ dictum
eſt in pſalmis. In ſole poſuit taberna//
culum ſuū qd tabernaculum fuit virgo
⁊ ip̄e. ſ. criſtus tanq̄ ſponſus exiens de
thalamo ſuo. Dicāt nobis hi viri: ſi de
us ab eterno voluit eligere virginez: vt
de hac naſceret xp̄s humani gener re
demptorem quō potuit eligere creatu
ram futurā deo inimicā ⁊ ire filiam: vt
mediante filia ire genus humanū redi
meret ꝑſertim cū eā potuit mundā cō//
cipere immunditia ſeminū parentum ſuoꝝ
nō obſtante: q: ꝓpheta Job Intuens
eā creaturā in qua verbū ac dei fili⁹ de
bebat fieri caro dixit. quis poteſt facere
mundū. ſ. indiuiduū aut ſuppoſitū de

ĩmundo cõceptũ ſemine. Nõne tu qui
ſolus es ad demonſtrandũ omnipotẽ
tiam dei erga creaturã talem eſſe: vt nõ
obſtante ĩmunditia ſeminis parentum :
ipſam creaturã mundam de ĩmundo ſe
mine ↄcipi poſſe. Et iõ Anſelmus do
ctor ille venerabil' recognoſcens ſe alio
quodã loco male affirmaſſe ꝟginem in
pctõ fuiſſe conceptã dixit Decet virgi
nē ea puritate nitere: qua ſub celo nul
la maior nequit intelligi. q̄ pfecto tan
ta puritate nõ niteret ꝟgo: ſi in pctõ ori
ginali fuiſſet cõcepta. Amplius Ma//
ria fuit plena grã anteq̄ Gabriel an//
gelus miſſus fuiſſet ad eã: q2 inuenit
eã plena grã: cum dixit Aue grã plena
quali plenitudine grã nulla vnq̄ crea
tura fuit plena. q2 vt refert beatus Hie
ronimus ad Paulã ⁊ Euſtochium: et
vere dicit' plena grã q2 ⁊ ſi ceteris ſanctis
ꝑ partes dat' gratia: Marie vero ſe in
fudit totius gratie plenitudo Et in eo
de loco paulo poſt ait. Et ſi ſanctis pa
tribus ac pphetis gratia fuiſſe credit' :
tñ nõ eatenus plena. In Maria vero
totius gratie q̄ in xp̃o eſt venit plenitu
do Aug'. ſermone. xliij. d̃ natiuitate xp̃i
ſic dicente. Maria mater xp̃i electa eſt
⁊ ſuꝑ omnes creaturas p̃electa omnibꝰ
gratijs fecũdata: oĩbus virtutibꝰ orna
ta: ⁊ omni ſanctitate in vtero matris re
pleta: vt de mũdiſſima matre mũdiſſi
mus naſceret' filius q2 ſicut in celo ha
buit patrẽ ĩmortalem ſic ⁊ in terra ha//
buit matrẽ omni corruptione carentē
Ergo hi pace ſua dixerim male affir//
mant ꝟginem in pctõ fuiſſe conceptã
ſi totius gratie q̄ in xp̃o eſt: in Maria
plenitudo venit. Et iõ Hiero. ↄcludẽs
tantã gratie plenitudinē marie a dño
collatã dixit quã naturã nõ habuit Nã
ꝟgo ſm naturã pna erat ad accipien//
dam maculã peccati originalis: q2 et
ipſa per cõcubitum viri ⁊ mulieris ori
ginem habuit ab Adam. Et idõ tanta
plenitudo gratie illi data eſt: nõ ꝑ na//
turam quã habuit ſed per dei gratiam

atq̄ miſericordiam Et iõ dixit Hiero.
vſus neſciuit: q2 omnes Maria excepta
mũdati fuere: poſtq̄ in pctõ ceciderũt
Ignorauit rõ. nam ꝑ rõnem continue
apud omnes argutũ fuit omnes qui ab
Adam hñt originē per concubitũ viri
⁊ mulieris in pctõ originali fuiſſe con
ceptus ſm legē cõem hec ḡ rõ ignorauit
gratiã a dño Marie collatã: ita ac tali
ter q̄ mens humana nõ capit q2 h' exce
dit omnē aciē intellectus humani. ĩmo
pauet celũ vt dicit Hiero. ſtupet terra
Nã vt dicit Ber. expones illa ꝟba grã
plena. Inquit in ore plena gratia affa
bilitatis: in manibus plena gratia libe
ralitatis vere plena: q2 de plenitudine
eius gratie capiũt vniũſi captiui redē//
ptionem: triſtes cõſolationem: pctõres
veniã: iuſti gratiam: angeli leticiã: tota
deniq̄ trinitas gloriam q̄ ſi ita eſt : vt
aſſerit iſte ſanctus ac dei vir : pfecto et
ipſe alio quodã loco ſalua ſemꝑ reuerē
tia ⁊ ſanctitate ſua male locutus eſt af
firmando virginē a macula peccati ori
ginalis fuiſſe deturpatã atq̄ in ea con
ceptam. Neq̄ in h' aliquis mihi mole
ſtus ſit: q2 vnuſquiſq̄ magis tenet' ve//
nerari dei matrē celoꝝ reginã: angelo
rum dñam q̄ doctrinã beati Ber. in h'
paſſu extollere: q2 cũ lumine illo totius
eccleſie noſtre Hieronimo ſum : q2 af//
firmat totius gratie plenitudinē: que ĩ
xp̃o fuit ĩ glorioſiſſima ac omni laude
digna Maria veniſſe: q2 cum de pec//
catis agimus vt refert Aurelius Aug.
nullã de beata virginē volumꝰ facere
qõnem ꝑpter honorem dñi: q2 cum qõ
ſit ꝑpoſitio dubitabilis. De beata autē
virgine nulli dubiũ eſſe debet ipſam in
conceptione ſanctã ac omni gratia ple
nam fuiſſe conceptã Concludamus
ergo et dicamus q̄ ſi tanta fuit pleni//
tudo gratie in Maria : qualis nec in
Adam, nec in Eua fuit: qualis nec in
angelis: nec in archãgelis : aut in prin
cipatibus: q̃lis nec in poteſtatibus vir
tutibus: aut dñationibꝰ: qualis nec in

thronis cherubinis: nec in ſeraphinis
vnq̄ꝫ fuit: qꝛ exaltat̃ ſancta dei genitrix
ſuꝑ choros angeloꝝ ad celeſtia regna
eccleſia ſic affirmante qꝛ totius grẽ ple
nitudo: que ĩ xp̄o fuit Marie data eſt
Hieroni. teſtãte: qꝛ de plenitudine eiꝰ
gratie capiũt vniuerſi Bernhardo lo=
quente: qꝛ decet ꝟginem tanta puritã
te nitere qua ſub celo nulla maioꝛ ne=
quit intelligi Anſelmo cõfitente: qꝛ cũ
de peccatis agit̃ ꝓpter honorẽ dñi nul
la eſt faciẽda lis aut q̄ꝺ de Maria Au
guſtino dicente: qꝛ inter omnes mulie
res nemine excepta fuit benedicta Eli
ſabeth reuelante. Dicamus ḡ et ex his
ꝯcludamus glorioſiſſimaꝫ ꝟginem in
ꝯceptione ſanctã ac plenã gratia fuiſſe
nec vnq̄ꝫ a macula peccati originalis
fuiſſe deturpataꝫ q̄ꝺ cum ita ſit ſicut a
nobis demonſtratũ eſt. Ego qui ab in
cunabluis: ac teneris vnguiculis ſem
per fui ſeruus glorioſiſſime ꝟginis ma
rie: futuruſq̄ꝫ ſum: ſi deo placuerit vſq̄ꝫ
ad vltimũ etatis noſtre terminum De
creui multa que ex ſacris theologie fon
tibus emanarũt in corpus vnũ q̄ꝺnis
ꝯtexere: ⁊ hoc latino ac claro ſermone:
ita vt mediãte lumine glorioſiſſime vir
ginis Marie que tenebras intellectus
noſtri illuminare dignabitur dicemuſ
tanta ac talia: ꝙ ſi aduerſariȷ̄ veritatis
in ſua ꝑtinatia ꝑmanere nollent: rõni=
bus veriſſimis ducti ꝯfitebuntur ⁊ ipĩ
glorioſiſſimam ꝟginem in cõceptione
ſanctam nec a macula peccati origina
lis vnq̄ꝫ fuiſſe deturpatam Deo altiſſi
mo gratie infinite referantur

## Queritur vtrū

glorioſiſſima ꝟgo maria
ſit in pctõ originali conce
pta Affirmatiue arguẽdo formabimꝰ
quinq̄ꝫ articulos. In primo oſtende=
mus ꝑ rõnes cões quibus oſtendunt̃
om̃es: qui ex lumbis ade habuerũt ori
ginem cõtraxiſſe tale peccatum ꝟgineꝫ
etiam ipſam in tali peccato fuiſſe cõcẽ
ptam In ſcꝺo articulo oſtendemus
ꝑ rõnes proprias ſpecialiter de ꝟgine
loquentes ipſam in tali peccato fuiſſe
conceptam In tertio hoc quidẽ de=
monſtrabimus ex priuilegiȷ̄s ſoli xp̄o
cõpetentibus In quarto adducemꝰ
auctoritates cõmunes affirmãtes om
nem creaturaꝫ humanam puram poſt
ade delictum in tali peccato fuiſſe con
ceptam. In quinto ⁊ vltimo addu=
cemus auctoritates ſpecifice de glorio
ſiſſima virgine affirmantes ipſam ĩ ta
li peccato fuiſſe conceptam

Argumenta quibus oſtendunt̃ om
nes qui ex lumbis Ade ꝑ concubitum
viri ⁊ mulieris habuerũt originem cõ
traxiſſe peccatum originale.

Ad oſtendendum omnem hu=
manam creaturam nemine ex
cepta ĩ pctõ originali fuiſſe cõ=
ceptam: accipiendum eſt illud Pauli
apoſtoli dictum. Om̃es in adam pec=
cauerũt tanq̄ꝫ ſcꝫ in radice: ergo om̃es
qui ex lumbis eius ꝑ concubitũ viri et
mulieris duxerũt originem ꝯtraxerunt
tale pctm̃. Primo ḡ ꝓbabimus antece
dens huius ꝯñtie: q̄ꝫuis ſit formaliter
Pauli apoſtoli dictũ Scꝺo ꝓbabimꝰ
ꝯñtiaꝫ. Data ꝑte negatiua anteceden=
tis. ſ. ꝙ non omnes in Adam peccaue
rũt: duo ſequerent̃ incõuenientia Pri
mum incõueniens: fuiſſet aliqua crea
tura humana que redemptione ſaluã
toris noſtri non indiguiſſet. Scꝺm
incõueniens ꝑter xp̄m redemptorẽ no
ſtrum fuiſſet aliqua creatura pura poſt
lapſum ade: q̄ in originali iuſticia fuiſ
ſet cõcepta. Primũ incõueniens ſic
deducitur. Nã xp̄s in euangelio dicit.
Nõ eſt opus valentibꝰ medico: ſed ma
le ſe hñtibus. Si ḡ virgo nõ peccaſſet
in Adam: neq̄ꝫ ꝯtraxiſſet pctm̃ ꝑ te. er=
go nõ indiguit redemptiõe: ꝓbo ꝯñaꝫ
qꝛ redemptio p̃ſupponit lapſum Con
firmatur indigẽtia p̃ſupponit defectũ
Si ergo in ꝟgine nullus fuit defectuſ

ergo nõ fuit in ea indigentia redẽptio
nis Confirmatur ſcd̃o: quia vt dicit
Paulus apoſtolus: ſicut vnius Ade
pctm̄ regnauit in om̄es in condemna
tionem: ſic ⁊ vnius xp̄i iuſticia regna-
uit ĩ omnes ĩ iuſtificationẽ Modo da
to oppoſito prime ꝑtis huius auctori
tatis: ſequit̃ oppoſitũ ſcd̃e ꝑtis eiuſdẽ
q: ſi vnius ade pctm̄ nõ regnauit ĩ om
nes in condemnationem. g̃ nec vnius
xp̄i iuſticia regnauit in omnes in iuſti
ficationem Scd̃m inconueniens ſic
deducit̃. priuatio originalis iuſticie de
bite in nobis omnibus eſt ꝓpter pctm̄
primoꝝ ꝑentum in ꝯceptione vniuſcu
iuſq; noſtrũ ꝯtractum eo ꝙ in om̄es il
los peccauimus. Si g̃ fuit aliqua crea
tura q̃ in ꝑentibus nõ peccauit. g̃ ab il
la creatura nõ fuit remota in cõceptio
ne peccati originalis. Confirmatur
qui nullo mõ peccat ab eo nõ remoue
tur id qđ alijs remouet̃ ꝓpter pctm̄: p̄
ſertim cum peccatum ſit cauſa priuati
ua illius: ſi g̃ virgo non peccauit in ra
dice: neq; cõtraxit pctm̄ originale: nec
alio altero mõ vn̄q; peccauit. g̃ ab iſta
nõ remouet̃ in cõceptione ſua origina
lis iuſticia: q̃ alijs ꝓpter pctm̄ remota
fuit. Patz g̃ illud an̄cedens fuiſſe ſuffi
cienter ꝓbatum ꝑ deductionem iſtorũ
duoꝝ inconuenientium Nunc vero
ꝓbanda eſt ꝯñа q̃ talis fuit Omnes in
adam peccauerũt tanq; in radice. ergo
om̄es qui ex lumbis eius ꝑ cõcubitum
viri ⁊ mulieris duxerũt originẽ contra
xerũt tale pctm̄ q̃ ꝯña niſi valeret: ſeque
rent̃ ſex abſurda incõuenientia. Pri
mum inconueniens. Pena eſſet alicui
creature ſillata a deo iniuſte nulla ante
cedente cauſa talis pene Incõueniens
ſic deducit̃. Virgo Maria mortua eſt
tꝑali morte: q̃ mors pena eſt q: eſt vl-
timum terribiliũ in hac vita. Aut ergo
mortua eſt: q: peccauit in adam tanq;
in radice: ⁊ nõ cõtraxit tale pctm̄: quia
fuit p̄uenta ꝑ dei gratiam ſm̄ te. aut q:
peccauit in radice: ⁊ cõtraxit pctm̄ ori

ginale. aut pena iſta data ẽ virgini ad
maiorem cumulum meritorum vt di-
cunt quidã aut iſta pena illi a dñо in
iuſte data fuit. Hec eſt diuiſio ſufficiẽſ
neq; aliud membrũ aſſignari põt qua
re virgo mortua eſt tꝑali morte. Nõ eſt
dandum primum membrũ: quia pec-
catum in radice nõ contractum nõ po
nit aliquẽ defectum in anima: ſiue in
creatura apud dñm: quia dato oppo-
ſito dicant nobis quẽ alium defectum
poſſet ponere pctm̄ originale in radi-
ce in anima alicuius niſi illum defectũ
qui eſt ꝓprie quando contrahitur tale
peccatum: qui defectus ſit alter eſt ab
illo: ſufficit nobis ꝙ ab eo v̾go nõ fuit
liberata: voca eum quomõ vis ampli⁹
ſequeretur ſi iſte defectus eſſet alter ab
illo: qui cõtrahitur in conceptione per
peccatum originale: ꝙ in anima vniuſ
cuiuſq; noſtrum fuiſſent duo defectus
cõtractio peccati: ⁊ alter p̄cedens talẽ
contractionem Neq; eſt dandũ ſcd̃m
membrum: quia ſm̄ opionem tuã vir
go nõ contraxit originale peccatũ. Ne
q; eſt affirmandum tertium membrũ
quia merita augent̃ ex bonis operibuſ
⁊ demerita augentur ex malis: g̃ mors
non potuit dari virgini in penam ad
maiorem cumulum meritorum. Con
firmatur: quia non eſt inferenda pena
alicui: niſi quando demereretur quia
non ſunt facienda mala vt eueniãt bo
na. Confirmatur ſcd̃o Virgo Maria
ob eius mortem non fuit aucta in me-
ritis ſed per eius humilitatẽ quando
dixit. Ecce ãcilla domini: fiat mihi ſm̄
verbum tuum. Et ideo poſt iſta verba
Maria dixit Magnificat anima mea
dominũ. Et poſt aliqua verba. Quia
reſpexit humilitatem ancille ſue: Ecce
enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes. Relinquitur ergo vlti-
mum membrum cum nullum aliorum
dari poſſit ex ſufficienti diuiſione de-
ductum: quod eſt inconueniens pro-
batũ. Huic difficilimo argumento

quidam theologi dixerunt ꝙ peccatuꝫ originale non eſt cauſa adequata mortis naturalis: ita ꝙ mors ſemper proueniat ex tali peccato: ꝓbatur qꝛ mors xp̄i nō fuit propter peccatum originale. Et ideo dicunt ꝙ cū in virgine Maria fuerunt duo principia intrinſeca. ſ. forma intellectiua: ⁊ eius materia: ratione cuius cōpoſitionis ineſt ei corruptibilitas: tranſacto certo tp̄e vnionis iſtoꝝ duorum principiorum: poſtea ꝑuenit mors: quia ſm̄ Ari. Omne corruptibile de neceſſitate corrumpetur. Et ideo mors ꝟginis fuit ex talibus principijs: ⁊ nō ex peccato originali. Sꝫ ſalua pace tantoꝝ viroꝝ. hec reſponſio theologie noſtre non eſt cōueniens quia dictum eſt a dn̄o Quacunqꝫ hora comederitis morte moriemini. Super quibus verbis ab omnibus theologis dicit̄ ꝙ duplex fuit intellecta mors temporalis ſcꝫ ⁊ eterna. Et ſi Adam nō peccaſſet: quāuis corruptibilitas vniciuiqꝫ noſtrum ex natura ꝓpria conueniat: tn̄ nunq̄ꝫ talis aptitudo fuiſſet educta de potentia ad actum: qđ autem h̄ ſit verum auctoritate aurelij Aug̃. h̄ cōprobamus libro. xiij. đ ciui. dei. c. iij. dicentis. Quapropter fatendum eſt primos quidem homines ita inſtitutos fuiſſe vt ſi non peccaſſent nulluꝫ experirētur genus mortis: ſed eoſdem primos peccatores ita fuiſſe mulctatos: vt etiam quicquid eorum ſtirpe eſſet exortuꝫ eadem pena teneretur obnoxiuꝫ. Quamuis ergo in nobis ſint principia cōpoſitionis: rōne quorum ineſt nobis mortalitas ⁊ corruptibilitas ſi primi parentes non peccaſſent fuiſſemus preſeruati a morte tp̄ali: quia vt dicit etiā Auguſtinus eodeꝫ libro de ciuitate dei. c. xix. Primos homines ita fuiſſe conditos: vt ſi non peccaſſent: nulla morte a ſuis corporibus ſoluerentur: ſed ꝑ meritis obedientie cuſtodite imortalitati donati cum eis viuerent in eternū. Ex iſtis auctoritatibus ſatis clare conſtat

reſponſionem iſtorum theologorū potius eſſe ſm̄ fallacem philoſophiam q̄ꝫ ſm̄ veram theologiam noſtram. Nec valet motiuum iſtorum ſcꝫ ꝙ peccatuꝫ non eſt cauſa adequata mortis: qꝛ xp̄s mortuus eſt ⁊ non ex peccato: quia ſuperius oſtenſum eſt ſm̄ Auguſtinum ꝙ mors ineſt nobis ex peccato primorum: criſto autem non fuit data mors propter peccatuꝫ: quia vt dicit Iſaias oblatus eſt ſcꝫ ad mortem quia voluit. vnde mors illi neceſſario data non eſt: quia ſi noluiſſet in eternū vixiſſet. Voluit ergo criſtus mori vt liberaret genꝰ humanum: quod perierat per mortem ſuam: vnde dicitur ⁊ canitur ab eccleſia. Qui mortem noſtraꝫ moriendo deſtruxit. Non quidem mortem temporalem vniuſcuiuſqꝫ noſtrum deſtruxit: qꝛ vnuſquiſqꝫ noſtrum moritur: ſꝫ deſtruxit mortem eternam quam debeamus incurrere ex peccato primorum parentum. Secundum inconueniens qđ ſequitur niſi illa conſequentia teneat ē ꝙ aliqua creatura humana a deo eſſet producta propter aliquem finem: et tn̄ naturaliter nulla antecedente cauſa inclinaretur ad oppoſitum ſui finis. probatur quia ſm̄ Auguſti. ſuper li. gene. Deus creauit hominem: vt ſummum bonum intelligeret: intelligendo amaret: amādo poſſideret: poſſidendo frueretur. Iſte ergo eſt finis vltimus hominis frui deo: ⁊ videre ipſum a facie ad faciem ſicut eſt. Vt affirmat vas electionis paulus apoſtolus. Probo modo iſto fundamento declarato inconueniens prima fronte poſituꝫ quia ſm̄ apoſtolum Paulum Om̄es indiguimus gloria dei: ⁊ redemptione eiuſdem: qꝛ poſt tranſgreſſionē legis primis parentibus date om̄es erant inclinati ad dānationem ſempiternam: q̄ damnatio ē oppoſita noſtro fini vltimo. Cum ergo etiā ipſa virgo indiguit gloria dei: ⁊ gratia dn̄i noſtri Ieſu xp̄i: ſine qua etiā ipſa in eternum damnata fuiſſet

Quero ergo ex qua cauſa indiguit tali
redemptione. Aut quia peccauit in ra
dice: ⁊ non contraxit pctm̄. Et hoc di⸗
cendum non eſt: quia peccatum in ra⸗
dice non contractū nihil punit in ani
ma noſtra apud deum rōne cuius crea
tura poſſit inclinari ad damnationem
ſempiternā Aut indiguit redemptiōe
quia cōtraxit peccatum originale: et hͦ
dicendū non eſt per te. Et cum nulla
alia cauſa aſſignari poteſt preter iſtam
Relinquitur ꝙ virgo nulla anteceden
te cauſa erat inclinata ad damnatio⸗
nem. Et indiguit gloria dn̄i noſtri Je
ſu xp̄i quod eſt incōueniens deductū
Tertium inconueniens qđ ſequit̄ niſi
ꝯn̄a illa valeat eſt ꝙ virgo Maria fuiſ
ſet redemptrix ⁊ nō redempta. Conſe⸗
quens falſum: quia tm̄ eſt vnus redem
ptor xp̄s incōueniens ſic deducit̄ Vir
go Maria paſſa eſt anguſtiam mortis
⁊ multas alias penas. Aut ergo quia
in ea fuit cauſa talis paſſionis. Aut qꝛ
in ea nō fuit aliqua cauſa talium pena
rum Nō ſm̄ quia in hoc appareret de
us iniuſtus vt deductum eſt in primo
incōuenienti. Si primū. aut talis cau
ſa fuit ex peccato in radice non contra
cto. aut ex peccato in radice ⁊ in ea con
tracto. aut ꝓpter ſalutem humani ge⸗
neris. Nō primum quia peccatum in
radice nullum defectum ponit in crea
tura qn̄ non eſt contractum Neqꝫ ſcđꝫ
ꝑ te: quia virgo nō contraxit peccatū
originale. ergo datur tertium membrū
ex ſufficienti diuiſione deductū. Con
firmatur: quia virgo non indiguit re⸗
demptione: probat̄: quia redemptio p̄
ſupponit lapſum ⁊ paſſa eſt. ergo fuit
redemptrix ⁊ non redempta Quar⸗
tum incōueniens qđ ſequit̄: niſi conſe
quentia illa valeat eſt: tolleretur oīs
via ad ꝓbandum filios ade in concep
tione ꝯtraxiſſe pctm̄ originale Hoc au
tem eſt contra Aug. in libro de baptiſ
mo puulo꜅ cōtra hereticos affirman⸗
tes puulos nō cōtrahere pctm̄ origina
le ex pctō primo꜅ ꝑentum: in quo loco
Aug. probat ꝑ rōnes veriſſimas atqꝫ
neceſſarias: ꝙ lege trāſgreſſa a primis
oēs qui ex lumbis eo꜅ trahunt originē
ꝑ cōcubitum viri ⁊ mulieris ꝯtrahunt
tale peccatum. Incōueniens ſic dedu
citur: q̄ rōne vnum indiuidum ſpeciei
humane pōt p̄ſeruari a pctō originali ī
cōceptione ne ꝯtrahat illud omnia in
diuidua pn̄t preſeruari ne in concep⸗
tione ꝯtrahatur tale peccatum probat̄
quia peccatum originale ex eadē cau
ſa in omnibus cōtrahitur. ergo ſi fuit p̄
ſeruatum aliqđ indiuiduum ne cōtra
heret tale peccatum: hoc fuit ex poſſi⸗
bilitate probatur: quia illa mota hͦ nō
potuiſſet fieri. Et vt dictum eſt: qua ra
tione vnum indiuiduū potuit p̄ſerua
ri etiā omnia indiuidua potuerūt a ta
li peccato p̄ſeruari. ergo nulla rō neceſ
ſaria poteſt probare: ꝙ omnes qui cō⸗
traxerunt originem ex primis parenti
bus concepti fuerunt in tali peccato: ꝓ
batur iſta vltima conſequentia quia ſi
eſſet aliqua ratio neceſſaria eius oppo
ſita eſſet impoſſibilis. quod tamē non
eſt: quia quod cōpetit ꝑ eandem cau⸗
ſam omnibus indiuiduis eiuſdem ſpe
ciei ſi ab vno indiuiduo illud poteſt re
moueri poteſt remoueri ab omnibus.
Cum autem peccatum originale com
petat omnibus indiuiduis ſpeciei hu
mane per Ade peccatum qđ fuit cau⸗
ſa damnationis omnium noſtrum. ſi
ab vno indiuiduo poteſt remoueri ta⸗
le peccatum: ne in conceptione contra
hat illud ab omnibus pōt etiā remoue
ri. Et ſic tolleret̄ via neceſſaria ad ꝓbā
dum puulos ꝯtrahere tale pctm̄: et ſic
baptiſmus nō eſſet neceſſariꝰ in puuliſ

Quintū incōueniens qđ ſequit̄: ni
ſi illa ꝯn̄a valeat eſt. ꝙ ſi virgo nō fuiſ⸗
ſet cōcepta in pctō originali ſi mortua
fuiſſet ante paſſionē dn̄i noſtri ieſu xp̄i
ad eternam gloriam iuiſſet anteqꝫ xp̄s
a mortuis reſurrexiſſet: quod eſt abſur⸗
dum dicere ⁊ incōueniens: ꝓbatur Nā

cunꝫ eſt aliq̃d ens in vniuerſo produ
ctum propter aliquē finem ſi nullum ē
impedimentum reſpectu ſui finis: illū
attingit finem: ſed ſic eſt ꝙ viſio intui
tiua dei: ⁊ fruitio eiuſdem eſt vltimus
finis: ꝓpter quē anima intellectiua eſt
producta. ḡ amoto omni impedimen-
to anima intellectiua attinget illum fi
nem. maior huius rōnis eſt nota: ⁊ mi
nor eſt pauli apoſtoli dicentis. Vide-
bimus illum a facie ad faciē ſicuti eſt
tūc ſic Si anima virginis fuiſſet ſepa
rata a corpe: anteꝗ̄ xps mortuus eſſet
nullum impedimentum ei fuiſſet: per
quod poſſet remoueri a viſione intuiti
ua dei: ꝓbatur qꝛ non peccatum origi
nale: neqꝫ aliquod aliud peccatum ve
niale aut mortale: neqꝫ illud impedi-
mentum: poſſet eſſe violentum quia h̄
eſſet contra dei iuſticiam: quod nullo
ãncedente defectu anima ꝟginis amo
ta fuiſſet ab vltimo fine eiuſ quod ſi ſic
non eſt ſequitur ꝙ illa anima glorio-
ſiſſima virginis marie iuiſſet ad eternā
gloriam ⁊ vidiſſet dn̄m a facie ad faciē
ſicut eſt. Tertiū incōueniens quod
ſequitur: niſi illa cōſequentia valeat eſt
fuiſſet aliq̃ creatura cōmuni curſu na-
ture per cōcubitum viri ⁊ mulieris pro
ducta: ⁊ tamen in peccato originali nō
fuiſſet concepta. hoc inconueniens eſt
ſatis clarum. Et primo ꝙ ſit producta
per cōcubitum viri ⁊ mulieris. Hoc eſt
notum quia habuit parentes ſcꝫ Joa-
chim ⁊ Annam: ex quibus generata ē.
ꝙ non ſit in pctō originali cōcepta: h̄
affirmatur a te: hoc autem incōueniēs
eſt expreſſe cōtra Aug᷒. in li. de fide ad
Petꝝ dicentem Firmiſſime tene ⁊ nul
latenus dubites omnem hominē qui
ꝑ concubitū viri ⁊ mulieris natus eſt ī
peccatis conceptus eſt ⁊ ſic apparet in
conueniens deductum

Argumenta ſpecialia oſtendentia
virginem in peccato originali fuiſſe cō
ceptam

Poſtquā deo dante rationibus
vniuerſalibus ꝓbabiliter indu
ctum eſt omnes qui ex lumbiſ
Ade per cōcubitum viri ⁊ mulieris du
xerunt originem: nemineꝫ creatura hu
mana pura excepta cōtraxiſſe pctm̄ ori
ginale Nunc in p̄nti articulo adducen
de ſunt rōnes ꝓprie quibus aduerſarij
veritatꝭ conantur ꝓbare ſpecialiter vir
ginem in peccato originali fuiſſe con-
ceptam Primum argumentuꝫ eſt h̄
ſubiectum gratie prioritate nature pre
cedit gratiam: quia ſemper ſubiectum
ſubſtantialē precedit accidens funda
tum in illo: qꝛ ſm̄ Ariſ. Subſtantia eſt
prior omni accidente. Sed anima vir
ginis fuit ſubiectum gratie: que gratia
fuit accidens. ergo prioritate nature p̄
ceſſit illam gratiam. Tūc accipio aīaꝫ
virginis in illo priori: ⁊ arguit̄ ſic. In
tali aīa eſt carentia originalis iuſticiē
debite in primis parentibus amiſſe ex
tranſgreſſiōe legis. ḡ in tali aīa ē pctm̄
originale. ꝯſequentia patꝫ a diffinitio
ne ad ſuū diffinitū. an̄s aūt ꝯn̄e ptꝫ in
illo priori. nō pōt dici ꝙ ſit gratia equi
ualens originali iuſticie: qꝛ tale ſubie-
ctuꝫ eſt prius illa. nec pōt dici ꝙ ibi ſit
originalis iuſticia: qꝛ preter xp̄m redē-
ptorem noſtrum poſt ade pctm̄: nemo
fuit in originali iuſticia conceptus.

Scd̄m argumentū eſt h̄ Virgo ma
ria indiguit grā dei: iuxta illud Pauli
apoſtoli dictū. Omnes indiguimꝰ grā
dei: iſto ſtante arguit̄ ſic Aut ḡ ꝟgo in
diguit gratia dei anteꝗ̄ eſſet. aut poſt
ꝗ̄ fuit. Nō primum qꝛ indigentia ī ali
quo p̄ſupponit illud. ḡ ſcd̄ꝫ. ſed impoſ
ſibile eſt ꝙ ſit idem inſtans indigentie
⁊ gratie ḡ in inſtanti īdigentie non ha
buit grām̄. tūc quero vtꝝ in inſtanti in
digentie erat aliquis defectus in Ma
ria Vel nullus Si dicat̄ ꝙ ſit aliquis
defectus: ille nō pōt eſſe niſi pctm̄ ori-
ginale. Si dicat̄ ꝙ ibi ſit nullus defe-
ctus. h̄ ſtare nō pōt: qꝛ vbi nullus ē de
fectus: ibi nulla eſt indigentia

Tertium argumentũ. Fundamen=
tum per qđ ponitur virginem in pctõ
originali nõ fuiſſe cõceptam eſt vt ve=
neretur Jeſu xpi mater ſed tali hono=
re deus non vult venerari matrem xpi
ergo nõ debemus ponere virginem nõ
fuiſſe ↄceptam in peccato originali. mi
nor huius rõnis ꝓbatur Quia Hiero.
ſup Matheo ſup libro generationis ie
ſu xpi Inquit. Nullã ſanctarꝫ mulierũ
in genealogia ſaluatoris aſſumi: ſꝫ eas
q̃s ſcriptura cõprehendit vt de pecca=
tricibus naſcens omnium pctã deleret
Quartum argumentuꝫ illud debet
poni in maria: ꝑ qđ virgo magis debe
tur xpo: probat̃: qꝛ dicitur in euange=
lio Cui plus dimittit̃ plus diligit Sꝫ
ponere ipam in pctõ originali eſſe con
ceptam: deinde mundatam: eſt pone=
re ipam magis xpo debitricem: q̃ȝ po
nere oppoſitum. ꝓbatur: qꝛ ẜm h̃ virgo
cognoſcit opus redemptionis: per qđ
opus verbũ caro factum eſt. ḡ illud ex
ponendum in ea ſcꝫ ipſam in peccato
originali fuiſſe conceptam Quintuꝫ
argumentũ in parẽtibus virginis fuit
libidinoſa cõiunctio. ergo ꝓles nata ex
his fuit in pctõ originali cõcepta Con
ſequentia ptꝫ: quia dicit̃ in euangelio
Bona arbor bonos fructus facit: mala
aũt bonos fructus facere nõ põt Et ab
Augꝰ. affirmat̃ in libro de fide ad Pe
trum. ꝙ omnis hõ: qui per concubituꝫ
viri ⁊ mulieris natus eſt in peccatis cõ
ceptus ẽ. Sextũ argumẽtũ q̃ñcunq̃ȝ
ſunt duo: q̃ꝝ vnuꝫ neceſſario ſequit̃ ad
aliud ſi datur ſcđm in aliquo: in illo ẽ
aut ſaltim fuit primũ: ſed ſic eſt ꝙ pec
catum origiale ⁊ rebellio ſenſuum ſunt
huiuſmõi. ſ. ꝙ rebellio ſenſuum ſequit̃
neceſſario ad pctm̃ originale Ergo po
ſita rebellione ſenſuum in aliqua crea
tura ponitur peccatum originale: aut
ſaltem fuit in illa: ſylogiſmus bonus:
maior eſt nota: ⁊ minor probatur: quia
ſenſus nunq̃ȝ fuere rebelles rationi in
in primis parentibus: niſi facta deor=
dinatione in illis: quia vt dicit Augꝰ.
li. xiiij. de ciuitate dei. c. xiij. In occulto
mali eſſe ceperunt: vt in apertam inobe
dientiam laberent̃. Non em̃ ad maluꝫ
opus preueniretur: niſi precederet ma
la voluntas. In ꝟgine aũt quãuis ip
ſa nunq̃ȝ habuit aliquẽ peccati ſtimu=
lum ex parte ſenſuum: tñ virgo paſſa ẽ
ẜm ſenſus multas paſſiones. ſ. famem
ſitim ⁊ dolorem mortis vnigeniti filij
ſui: criſti: que paſſiones ẜm animum ĩ
virgine non erant: quia ſemper in illa
fuit recta rõ dominans appetitui om=
nium ſenſuum eius. Argumenta
ſumpta ex priuilegijs xpi probãtia vir
gineꝫ a macula peccati originalis fuiſ
ſe deturpatam

Non ſufficiũt argumenta ꝑ noſ
ſuperioribꝰ articulis adducta:
imo neceſſarium eſſe videt̃: vt
abſoluat̃ tota intentio aduerſarioꝝ po
nere quaſdam rõnes ſumptas ex priui
legijs criſto cõpetentibus ad proban=
dum virgineꝫ in peccato originali fuiſ
ſe conceptam Prima rõ hec eſt Nõ
ſunt tm̃ glorioſiſſime virginis priuile=
gia a deo illi data a nobis extollenda
vt minuant̃ priuilegia atq̃ȝ dignitas ⁊
gratia ſaluatoris noſtri Jeſu xpi Sed
ꝙ ipſe ſolus xp̃s poſt Ade lapſum ex=
titerit ſine peccato per excellentiam di
gnitatem atq̃ȝ gratia ſoli attribuit̃ xpo
ergo nõ debemus ita extollere virginẽ
et eius priuilegia: vt auferat̃ dignitas
⁊ excellentia redemptorꝭ noſtri: maior
huiꝰ rõnis nulli dubia eſſe debet: quia
ſi ab aliquibus oppoſitũ teneret̃ here
ticus appellari poſſet minor aũt huiuſ
rõnis ꝓbat̃ ꝑ augꝰ. in li. de baptiſmo ꝑ
uuloꝝ dicentẽ Reſtat inquirere. vtruꝫ
in filijs hominũ aliquis potuerit eſſe ſi
ne pctõ ⁊ dicit Nõ eſt in filijs hominũ
quiſq̃ȝ ſine pctõ excepto vno mediato
re. ⁊ in codẽ libro circa finẽ libri ſcđi de
Teneamus fidei indeclinabilem cõfeſ
ſioneꝫ ꝙ ſolus xp̃s ſine pctõ natus eſt
in ſimilitudinem carnis peccati.

Secūda rō poſt ade delictum ſolus
xp̄s inter homines ſine pctō oīmode ī
uentus eſt. De mulieribus aūt nulla ī
uenta eſt aut reperta: ḡ non eſt affirmā
dum virginē ſine pctō originali fuiſſe
cōceptam. Cōſequentia ꝓbatur: q2 op
poſitū ꝯñtis: infert formaliter oppoſi//
tum añtis. Añs aūt ꝓbat̄ q2 dr̄ eccleſia
ſtes. vij. Unū de mille viris reperi: de
mulieribus nullā inueni: q̄ verba expo
nens aug⁹. dixit. Unū. i. xp̄m de mille
viris reperi: vbi notandū eſt ꝙ ibi acci
pitur numerus mille varius pro omni
numero: ſine pctō: de mulieribus nul
lam inueni. Tertia rō oīs mundicia
creature humane pure debet eſſe circa
mundiciā xp̄i: probat̄ q2 in filijs homi
num nō eſt inuentus quiſq̄ ſine pecca
to niſi xp̄s: ſed ſi virgo nō fuiſſet conce
pta in pctō originali: ⁊ fuiſſet in conce
ptione ſcā mūdicia v̄ginis fuiſſet eq̄lis
in ꝯceptione cū mūdicia ꝯceptiōis xp̄i
qđ ē abſurdū. ḡ nō ē ponendū v̄ginē ſi
ne peccato originali fuiſſe conceptam
Quarta rō fundamentū ꝑ qđ ponit̄
virginem in peccato nō fuiſſe cōceptā
eſt ꝙ potuit p̄ſeruare illam a tali pctō.
Et ſicut potuit ita decuit et ſicut decu
it ita factum eſt. Sed iſtud fundamen
tum eſt falſum: q2 iſto mō poſſet ꝓbari
xp̄m nō fuiſſe mortuū ꝓ ſalute huma//
ni generis: q2 potuit nō mori: ⁊ omne
qđ eſt poſſibile deo illi ꝯuenit: ergo de
cuit: et ſicut decuit ita debebat fieri: q̄
tū omnia falſa ſunt atq̄ riſu digna
Quinta rō fundamentum ꝑ qđ po
nitur virginem in cōceptione fuiſſe ſan
ctam eſt quia verbum dei filius debe//
bat venerari virginem: q2 ab eterno ei⁹
mater electa fuit: ſed h̄ fundamentum
eſt falſum: q2 verbum dei filius maio//
ra potuit cōferre virgini: q̄ magis ho//
norasſent eam: q̄ hoc ꝙ fuerit ſine pec
cato concepta: vt īmortalitatem ⁊ bea
titudinem de facto: et tamen hec illi a
dño conceſſa non fuere: q2 nō erant cō
uenientia. ergo non debet dici ꝙ v̄go
ex eo ꝙ debebat eſſe ieſu xp̄i mater fuit
preſeruata: ne ī peccato originali eſſet
concepta: quia hoc ſolum erat chriſto
conueniens

¶ Auctoritates cōmunes probantes
omnes: qui ex primis parentibus du//
xerunt originem in pctō fuiſſe ꝯceptos

Non contenti ex his argumentis
ſupꝯrib⁹ articul̄ adducūt ad ūſa
rij v̄itat̄ adducūt q̄ſdā auctates cōes
ꝓbantes omnē creaturā humanā poſt
Ade delictum fuiſſe in pctō originali
cōceptam. Nam Iſaias. c. liij. Inquit
omnes nos quaſi oues errauim⁹ vnuſ
quiſq̄ declinauit in viam ſuā: ⁊ dñs
poſuit in eo. ſ. xp̄o iniquitates omniū
noſtrum Et apoſtolus Paulus ad ro
manos. v. Per vnū hominem mors in
trauit in mundū: ex quo omnes pecca
uerunt. Et in eodem loco: ſicut vnius
ade delictum regnauit ī omnes in cō//
demnationem: ſic vnius xp̄i iuſticia re
gnauit in omnes Et alibi idem apo//
ſtolus ſicut omnes in adam moriuntur
ſic et in xp̄o omnes viuificant̄. Et ſan
ctus Leo papa īquit. Dñs noſter pec
cati mortiſq̄ deſtructor: ſicut nullū rea
tu liberum reperit: ſic liberandis om//
nibus venit. Et Aug⁹. li. xiij. đ ci. dei. c.
xiiij. Omnes em̄ in illo fuimus: qm̄ ille
vnus omnes corrupit: qui per feminā
lapſus eſt.

¶ Auctoritates proprie ſpecifice pro//
bantes virginem in peccato originali
fuiſſe conceptam

Ultimo ꝓ cōplemento huius af
firmatiue partis adducere intē
dim⁹ aliquas auctoritates ſpe
cialiter explicantes virginē in pctō ori
ginali fuiſſe cōceptam: vt omnino ex par
te ꝑ nos ſatiſfactū ſit aduerſarijs veri//
tat̄. Prima auctoritas eſt ſancti Ber.
in epiſtola ad Lugduneſem dicentis.
Uirgo in cōceptione minime ſanctifi
cari potuit: imo ipſa pctō fuit obnoxia
Deinde virtute ſpiritus ſancti mūda//
ta. et Anſel. li. ij. Cur deus hō inquit

licet omnis dei conceptio munda ſit:
abſq; carnalis delectationis pctō Uir
go tñ ipſa vñ aſſumpt⁹.eſt iniquitatib⁹
cōcepta eſt: ⁊ in peccatis cōcepit eā ma
ter eius De tantis totq; preclariſſimis
viris: hos duos viros auctoritate di-
gnos: q: de alijs paꝝ curamus: inue-
nimus expreſſe affirmantes virginem
in pctō originali eſſe cōceptam quibuſ
nō obſtantibus ꝑtem negatiuaꝫ omni
no tenere intēdimus: et h̄ veriſſimis rō
nibus multiſq; ꝑclariſſimis ſanctoruꝫ
auctoritatibus ducti auxiliante nobis
glorioſiſſima ac ītemerata dei genitrice.

IN oppoſitū eſt Auguſti. toti⁹
eccleſie lumen ac ſidus clariſſi
in illis non obſtante corruptione cor-
poris: animus illarum manet incorru
ptus. Ex iſtis duobus p̄ſuppoſit⁹ for-
mat ratio talis xp̄s in terra habuit ma
trem omni corruptione carenteꝫ. ergo
nulla corruptione virgo fuit corrupta
neq̄ quantuꝫ ad corpus neq̄ quantū
ad animam. Probo ꝯñaꝫ: et dato op-
poſito ꝯñtis infertur oppoſitum añtis
formaliter: qꝛ ſi fuit corrupta in animo
per pctm̄ originale. ḡ xp̄us non habuit

matrem ſimpliciter omni corruptione carentem quod ſi ſic eſt virgo in peccato concepta non fuit. Septima ratio ſumitur ex verbis auguſtini in eodem ſermone de natiuitate domini dicentis. Igitur in celo qualis eſt pater talis est filius ſic et in terra: qualis eſt mater talis ſecundum carnem eſt filius. In celo cum patre eternus immenſus incorruptus et ſublimis. In terra cum matre immaculatus et manſuetus. Modo ex iſtis verbis formatur ratio talis: qualis eſt criſtus ſecundum carnem talis eſt mater eius. Sed ſecundum carnem chriſtus non fuit aliqua macula originali deturpatus: ergo nec virgo ſecundum carnem fuit aliqua macula originalis peccati deturpata. Probo conſequentiam: quia ſi in peccato originali fuiſſet concepta: non eſſet talis mater ſecundum carnem: qualis eſt chriſtus. Confirmatur quia chriſtus in terra cum matre manet immaculatus et manſuetus. ergo virgo non fuit aliqua macula originalis peccati deturpata. Probo conſequentiam: quia illa qui eſt et fuit omnino immaculatus omnino incorruptus et ſublimis non dicitur proprie permanere cum ea: que fuit maculata corrupta ſecundum animum per peccatum atque dei inimica. Octaua ratio maior fuit potentia atque ſapientia verbi vnigeniti filij dei in redimendo matrem eius quam fuerit potentia atque deceptio diaboli in deprimendo naturam humanam: que fuit creata munda ſine aliqua macula peccati originalis. Iſta patet ſed per temtationem diaboli natura que erat munda fuit damnata. ergo multomagis per potentiam atque ſapientiam verbi natura humana in virgine fuit ſubleuata atque redempta perfectiſſimo modo redemptionis preſeruando naturam humanam: ne deturparetur macula peccati originalis. Confirmatur: cauſa mediante qua contrahitur peccatum originale in nobis eſt: quia ſumus ex lumbis Ade: et dominus imputat nobis peccatum primorum. Sed verbum diuinum eligens ſibi matrem ab eterno non imputauit illi hoc peccatum probatur: quia non eligit illam in conceptione inimicam: imo amicam: quia vt dicitur in canticis canticorum. Tota pulchra es amica mea et nulla macula eſt in te.

Quod virgo glorioſiſſima omni ſanctitate fuit repleta atque in conceptione ſancta per rationes directe loquentes de virgine Maria.

Deſcendendo ad ea que: ſunt ſpecialia magis poſtquam determinauimus ſuperioribus articulis per rationes ſumptas ex parte chriſti virginem in peccato originali non fuiſſe conceptam in preſenti articulo hoc: idem intendimus demonſtrare per rationes ſumtas ex parte virginis Marie. Et antequam deducam rationem primam preſuppono duo. Tres ſunt gradus ſanctificationis. primus in conceptione quando anima intellectiua vnitur corpori organico phyſico iſto gradu ſanctificationis fuit ſanctificatus chriſtus. Secundus gradus ſanctificationis eſt poſt conceptionem in vtero tamen matris iſto gradu ſanctificationis fuit ſanctificatus Johannes baptiſta eccleſia affirmante et Iſaie. de ventre matris vocauit me dominus.

Tertius gradus ſanctificationis eſt extra vterum. iſto gradu ſanctificationis fuerunt ſanctificati multi ſicut fuerunt apoſtoli. in tali gradu fuerunt ſanctificati poſt aduentum ſpirituſſancti. Omnes ergo gradus ſanctificationis reducantur ad iſtos tres: et qui habet primum gradum in gratia confirmatus: habet ſecundum gradum et tertium et non econuerſo. ſimiliter qui habet ſecundum gradum habet tertium gradum et non econtra. Exemplum primi chriſtus habuit primum gradum ſanctificationis quia in conceptione fuit ſanctus habuit ſecundum gradum quia in ventre Marie poſt conceptionem fuit ſanctus et habuit tertium gra

dum: q2 etiã extra vterũ ſemper ſanct9 remanſit. Exemplum ſecundi. Johannes baptiſta habuit talem gradum et etiam extra vterum fuit ſanctus: et tamen non habuit primuȝ gradũ ſanctificationis. Exemplum tertij: vt fuerũt multi apoſtoli: qui fuerunt ſanctificati extra vterum et tamen non habuerunt primũ neqȝ ſecundum gradum ſanctificationis. Secundum preſuppoſituȝ. primi duo gradus ſanctificationis fiunt in vtero matris: hoc patet q2 conceptio eſt quando creatur anima intellectiua. et illa vnitur corpori ſuo organico. talis autem vnio fit in vtero matris ſimiliter. Secundus grad9 ſanctificationis eſt in ventre matris eccleſia dicente De ventre matris mee vocauit me dominus. Iſtis ſuppoſitis ſtantibus formatur ratio talis. Glorioſiſſima virgo omni ſanctitate in vtero matris fuit repleta: vt de mundiſſima matre mundiſſimus naſceretur filius. ergo ipſa in conceptione fuit benedicta: ſancta et non maledicta: amica et non inimica: quem admodum fuerunt ceteri mulieres. Antecedens eſt ſumptum ex verbis Auguſtini in ſermone de natiuitate domini: ſic dicentis. Quemadmodum in antecedente per nos dictuȝ fuit. Probo conſequentiaȝ: quia ex oppoſito conſequentis infertur formaliter oppoſitũ antecedentis qui ſi in conceptione virgo fuit maledicta ⁊ ire filia atȝ deo inimica. ergo non fuit omni ſanctitate in vtero matris repleta. q2 per te ñ fuit repleta ſanctitate: que in conceptione dari poteſt. Confirmatur iſta ratio quia ſecundum auguſtinum ratio per quaȝ maria fuit omni ſanctitate in vtero matris repleta ē vt de mundiſſima matre mundiſſimus naſceretur filius. Modo dato oppoſito ꝙ virgo non fuiſſet ſanctificata ĩ conceptione: ipſa nõ fuiſſet mundiſſima q̃tum ad animam: immo macula peccati originalis fuiſſet deturpata. et conſequenter chriſtus non fuiſſet natus mundiſſimus de matre mundiſſima. Confirmatur ſecũdo quia ratio ſecunda per quam auguſtinus voluit ꝙ virgo maria ſit omni ſanctitate in vtero matris repleta eſt q2 ſicut verbum dei filius in celo habuit patrem ĩmortalem et eternũ: ſic habuit matrem omni corruptione carentem. Modo ſi virgo fuiſſet concepta in peccato originali. et in conceptione fuiſſet filia ire: ſimilitudo auguſtini de patre eterno reſpectu verbi filij ſui: et de matre temporali: q̃ fuit glorioſiſſima virgo nulla eſſet: quia virgo non ſimpliciter caruiſſet omni corruptione: quia ꝑ peccatum originale fuiſſet in anima corrupta et ſic chriſtus non habuiſſet eam equalitatem: quam potuiſſet habere ĩter matrem ſuam et ſe: quemadmodũ habuit equalitatem in celo ſecundum patrem eternum hoc autem eſt expreſſe contra auguſtinum dicentem Qualis eſt pater talis eſt filius: ſic et in terra qualis eſt mater talis ſecundum carnem eſt filius. Ex quibus verbis apparet ꝙ ſicut verbuȝ dei filius in celo habuit patrem omnino illi equalem. Sic ⁊ in terra chriſtus idem verbum atqȝ filius ſȝ humanitatem habuit matreȝ ſecundũ carnem omni corruptione tam animi q̃ȝ corporis ſimpliciter carenteȝ. Secunda ratio ſumitur ex plenitudine grãtie: que in maria fuit quando illi ꝑ angelum dictuȝ eſt. aue gratia plena. quã docunqȝ datur plenitudo gratie a domino alicui creature pure q̃tum eſt ex parte dei: qui dat talem plenitudinem gratie deus illam creaturam non permittit incurrere defectum qui in poteſtate ſua non eſt: ſed ex defectu ſuorum parentum procedentẽ. Sed ſic ē ꝙ glorioſiſſime virgini fuit data plenitudo gratie a domino. ergo q̃tuȝ fuit ex pte dei dedit illi talem plenitudinem gratie deus non permiſit virginem glorioſiſſimam incurrere maculã peccati originalis: que macula in poteſtate volũ

tatis virginis nõ fuit ſed ex defectu pri
moꝝ parentum ꝓcedẽtez: añs ꝓ maiori ꝓ
bat: quia qui dat gr̃ie plenitudinem: ñ
dimittit incurrere illã creaturã in aliq̃
maculã q̃ nõ ſit in poteſtate volũtatis
ſue: aliter non daretur gratie plenitu//
do q: plenitudo gratie nullũ p̃ſuponit
defectũ nã qui totũ dicit nihil excludit
¶ Huic difficili argumẽto quidã dicũt
atq̃ rñdent q̃ plenitudo gratie alicui
creature data põt intelligi dupliciter.
Aut q̃ talis plenitudo detur illi crea//
ture ſm omnem modũ poſſibilem: tam
ex p̃te dei q̃ etiã ex p̃te ei⁹ cui datur t'lis
plenitudo. Aut q̃ talis plenitudo non
det' ſm omnẽ modũ poſſibilẽ illi: ſz ſm
conuenientem: ita q̃ iſta plenitudo g̃//
tie ſit ſm ſpetiem: et non ſm ambitum
toti⁹ gener' gratie. ¶ Primo modo i ſo
lus criſtus inquantũ creatura habuit
plenitudinem gratie ſm omnez modũ
poſſibilem: tam ex parte dei quam etiã
ex parte humanitatis criſti que diuini
tati: fuit coniuncta. ¶ Secundo modo
ſancti habuerunt gratiam: et in hoc di
uerſificati ſunt a maria: q: ip̃a iter om
nes ſanctos et ſanctas habuit perfecti//
ſſimũ g̃dũ g̃tie. Et ideo ad formã argu
menti: diſtinguit' maior: q: ſi illa intel//
ligit' de primo modo plenitudinis gra
tie. Concedo ipſam: ſed nego minorez
Si vero intelligitur illa maior de ſecũ
do modo plenitudĩis gratie: nego ma
iorem et concedo minorem.
¶ Hec reſponſio non eſt ad ꝓpoſitum
q̃m hoc in loco loquimur de: gratia q̃
datur aut dari debet alicui' creature: q̃
ex ſua natura eſt prona incurrere defe//
ctum: qui non eſt in poteſtate eius: ſed
ex defectu ſuorum parentum ꝓcedentẽ
et ſm hoc querebamus vtꝝ marie q̃tũ
ad redemptionem paſſiuam fuit data
plenitudo totius gratie vel non: et vtꝝ
fuit redempta ꝑfectiſſimo redemptio//
nis modo. ſi Maria fuit redempta ꝑ//
fectiſſimo redemptionis modo et habu
it gratiam q̃ fuerit preſeruata habetur
intentũ: ſin autem non fuit preſeruata
igit' q̃tum ad redemptionem paſſiuaz
non habuit plenitudinem totius gra//
tie. imo hic fuit gratia per partes: Hoc
autẽ eſt contra Hieronimũ dicentẽ cẽ
teris ſanctis per partes datur g̃tia: ma
rie vero ſe infudit totius gratie plenitu
do et ibi loquitur de gratia que datur
creature et indigentia: ſimiliter hec re//
ſponſio eſt ꝯ aug' dicentẽ q̃ maria fuit
oĩbus gratijs fecundata ac omni ſan//
ctitate in vtero matris repleta. Et ideo
quando iſta reſponſio ꝯparat gratiam
chriſti ad gratiam que datur virgini et
alijs ſanctis non eſt ad ꝓpoſitum quo
niam compat gratiaz que datur in ſta
tu innocentie: et in ſtatu originalis iu
ſtitie ad gratiam qua indiget creatura
humana poſt lapſum primoꝝ parentũ
Amplius quemadmodũ criſtus in ſta
tu originalis iuſtitie fuit perfectiſſimuſ
ſic virgo in ſtatu gratie fuit perfectiſſi//
ma: et inquantũ creatura pura habuit
omnem gradum gratie poſſibilẽ intan
tum q̃ beatus Hieronimus affirmat
q̃ totius gratie que in chriſto eſt in ma
ria venit plenitudo: ⁊ Auguſt'. dicit q̃
fuit omnibus gratijs fecundata. Cer
tia ratio ſumitur ex verbis. Dominus
tecum. Si virgo fuit in peccato origi//
nali cõcepta: igitur in conceptione fuit
ſub poteſtate diaboli conſtituta. probo
conſequentiam: q: ſi fuit in originali
peccato concepta. igitur fuit filia ire. et
ſi filia ire: igitur a deo derelicta: ac deo
inimica fuit: et ꝯñter ſub poteſtate dia
boli conſtituta. hoc autẽ iuditio noſtro
eſt ita abſurduz dicere q̃ nulli vero ca
tholico hoc conſonare debet aut poteſt
et preſertim cum machomath qui fuit
paganus in alchorano ſuo dicat non ẽ
in filijs hominum quem non tetigerit
ſathan excepto chriſto cum ſancta ma
ria. ⁊ ideo ſi maria fuit plena gratia do
minus ſemper fuit ſecum: et nunq̃ de//
ſeruit illam: q̃ ab eterno mater ieſu cri//
ſti ordinata eſt anteq̃ quicquã fieret a

principio. quarta ratio ſumitur ex il
lis verbis benedicta inter omnes muli
eres: ⁊ arguitur ſic maria fuit benedicta
inter omnes mulieres: et ſupra omnes
ergo in cõceptione fuit benedicta et ſan
cta et non maledicta. Añs patet et ꝯña
probatur: quia ex oppoſito conſequen
tis infertur formaliter oppoſitũ añtis.
Et ſi dicatur ꝙ benedictio Marie fuit
vt ipſa ſola inter mulieres eſſet digna
mater dei et hominis: et non ꝙ in con
ceptione fuerit ſancta. Hoc nihil valet
qm̃ ſi benedictio marie fuit ſufficiẽs ad
faciendum illam eſſe dignaȝ matrẽ dei
vt in eo verbum fieret caro: multomagꝰ
fuit ſufficiens ad faciendam ipãȝ in cõ
ceptione ſanctam: cũ hoc antecedit ad
illud vt ipſa poſtea modo conuenien=
tiſſimo poſſȝ dici mater ſaluatoris: et iõ
eccleſia inquit: quibus te laudibus effe
ram neſcio: quia quem celi capere non
poterant tuo gremio contuliſti. Et ido
Hieronimus ad pauluȝ et Euſtochiũ
inquit. Quicquid maledictionis infu=
ſum eſt per euam totum abſtulit bene=
dictio Marie qđ profecto nõ eſſet ſi ꝟ
go in conceptione fuiſſet maledicta atȝ
in peccato originali concepta. quin
tã ratio ſumitur ex verbis Hieronimi
ad Paulam et. Euſtochium dicentis
Et ſi ſanctis p̃rib⁹ ac ꝓphetꝭ gratia fu
iſſe creditur: non tñ eatenus plena. in
Maria vero totius gratie que in xp̄o ẽ
veit pleitudo vnde formatur talis rato
quandocunqȝ totius gratie plenitudo
in christu eſt alicui creature daẗ illa cre
atura in cõceptione ẽ ſancta: ⁊ non ma
ledicta: iſta pȝ qꝛ oppoſitũ p̄dicati ĩfert
ſbiecti: ſȝ marie toti⁹ gratie plenitudo q̃
in chriſto eſt data eſt ꝑ Hie. ergo maria
in conceptione fuit ſancta et non male
dicta. Et ſi dicatur ꝙ Hiero. loquiẗ de
gratia quam inuenit Maria apud do
minum: vt eſſet mater dei: qñ illi dictuȝ
eſt ꝑ angelum. Inueniſti gratia apud
dominum. Iſta reſponſio eſt de dire=
cto contra Hieronimum. qꝛ Hie. dicit

ſuper illis verbis. Aue gratie plena: Et
vere dicitur plena: quia ceteris ſanctis
ꝑ partes datur gratia: Marie vero ſe ĩ
fudit totius gratie plenitudo. ⁊ iõ patȝ
error illoꝝ qui crediderunt ꝙ Maria ꝑ
ſalutationem angeli efficeretur plena g̃
tia: hoc ſalua pace non eſt verum: quia
angelus inuenit eam iam gratia plenã
de qua plenitudiñe gratie loquuntur:
Hieronimus et ceteri ſancti doctores.
Sexta ratio ſumitur ex verbis ipſius
Job qui ſm Gregorium. ij. moralium
Intuens incarnationẽ dñi dixit. Quis
poteſt facere mundum .ſ. indiuiduum
de imundo conceptum ſemine. Nõne
tu qui ſolus es. ſ. omnipotens. Job er=
go querit intuens incarnationem dñi
ꝙ ſi eſſent vnita duo ſpermata infecta
in matrice mulieris: quia illa appella=
tur conceptio prima ſm ſemina vtrum
deus non inſtante imunditia ſeminuȝ
poſſit poſtea qñ corpus erit organiza=
tum vt ſit aptum ad ſuſcipiendam aĩãȝ
intellectiuam cũ fiet conceptio ſm quã
anima vnitur ſuo corpori in tali conce
ptione educere illud indiuiduũ mun=
dũ et non infectum. Et Job dixit non
ne tu qui ſolus es oĩpotens et certũ eſt
ꝙ ſic: et ideo q̃ro de quo indiuiduo lo
cutus eſt Job: aut de xp̄o: aut de virgi
ne maria: aut de aliquo alio indiui=
duo non vltimum menbrum: qꝛ Job ĩ
tuens incarnationem domini: non ſo
lum intuebatur ꝙ verbũ debebat fieri
caro: ſed etiam in quo indiuiduo necꝫ
eſt dandũ primum menbrum: cꝛ criſt⁹
non fuit indiuiduũ eductuȝ de ĩmun=
do ſemine. Relinquitur ergo ſecũdum
menbrum qđ eſt veriſſimum: qꝛ Job in
tuens incarnationem dñi que debebat
fieri in virgine querebat ſi non obſtan
te ĩmunditia ſeminum parentum deus
poterat educere virginem Mariã mũ
dam ac ſine peccato originali concep=
tam et affirmat ꝙ ſolus deus qui ẽ om
nipotens poteſt hoc facere: vt patet in
telligenti Septima ratio: qñ aliqua

creatura poſt ade delictum fuit ad ma
iorem gradum dignitatis et gratie ſub
limata tanto fuit pfectius redēpta: iſta
patet ſed glorioſiſſima virgo inq̄ztū cre
atura pura fuit ad maximū gradū dig
nitatis et gratie ſublimata: q2 fuit ma⸗
ter dei et hominis et exultata eſt ſuper
omnes choros angelorū ad celeſtia re
gna: igitur perfectiſſimo modo redem
tionis redempta: pfectiſſimus autem
modus redemptionis eſt ſextus a nob
et ab alijs p̄clariſſimis doctoribus aſſi
gnatus. Octaua ratio. cōceptio glo
rioſiſſime v̄ginis Marie p̄ceſſit in mē⸗
te diuine cuiuſcunq3 alterius creature
pure conceptionem: vt patet p illud ſa
pientie dictum. Dominus poſſidebit
me qd fuit a nobis expoſitū in exordio
queſtionis huius: igitur per peccatum
primorum parentum conceptio virgi⸗
nis maculari non potuit. Probo añaz
p Auguſt. xiiij. de ci. dei. ca. ij. dicentē
Homo. n. peccato ſuo diuinum nō po
tuit pturbare conſilium quaſi q deus
ſtatuerat illū mutari ɔpulerit ſapientie
proba volumus hic replicari q2 ſuffici
enter fuerunt deducta in exordio Ex q̄
bus ſapiētie verbis poteſt deduci q ſi⸗
ue adam peccaſſet: ſiue nō: Maria ihe
ſu xp̄i mater fuiſſet: et in ea v̄bū caro fa
ctum eſſet: de qua materia ſi dabit no
bis tempus ad plenuz loquemur: et eā
approbamus. Nona ratio. nulla pu
ritas ſub celo maior poteſt intelligi q̄z
puritas et munditia glorioſiſſime vir⸗
ginis Marie igitur virgo ī peccato ori
ginali non fuit concepta. Añā patet: q2
oppoſitum conſequnentis infert for⸗
maliter oppoſitum antecedentis: quia
dato oppoſito conſequentis poſſet in⸗
telligi puritas que eſt in ſtatu innocen
tie. Antecedens autem patet per Anſel
mum in libro cur deus homo. dicentez
decet virginem ea puritate nitere: qua
ſub celo nulla maior nequit intelligi.

Decima ratio non ſuſtinet nomen
matris et filij: vt mater ſit primo inmi⸗
ca deinde amica: quia qui maledixerit
patri aut matri: morte moriatur: ſed v̄⸗
go maria fuit ab eterno electa mater a
verbo dei ergo non fuit electa inimicā
immo amica. Unde dictum eſt in can
ticis canticorum. Surge amica et nul
la macula eſt in te: q non eſſet ſi in pec
cato eſſet cōcepta. Undecima ratio
virgo Maria fuit electa vt ſol: et pul⸗
chra vt luna. Ergo in ipſa non fuit ali⸗
qua macula oppoſitum conſequentis
infert formaliter oppoſitum anteceden
tis. Antecedens autem probatur per
eccleſiam dixentem. Que eſt iſta que p
greditur quaſi aurora: pulchra vt luna
electa vt ſol. Et in pſalmis. In ſole. i. in
virgine poſuit tabernaculum ſuum. et
ipſe. ſ. criſtus tanq̄z ſponſus exiens de
thalomo ſuo. Duodecima rō virgo
fuit exultata ſuper choros angelorum
eccleſia dicente. exultata eſt ſancta dei
genitrix ſuper choros angleorum ad ce
leſtia regna: ergo non fuit in peccato
originali concepta. Probo conſequen
tiam: quia ſtatus peccati q̄ztumcunq3
mundatus nō habet exultari ſuper ſta
tum innocētie. Et ſi dicat q virgo fuit
exultata ſuper chorus angelorū: quia
fuit mater ihesu chriſti. Contra: hec di
gnitas marie q fuerit mater dei et ho⸗
minis non habet peruertere ordinem
regni celeſtis immo potius augere glīa ſi fuit
exaltata fuit exaltata ſē vnduz ſtatū in
nocentie: et non ſecundum ſtatum pec
cati mundatum. Tredecima ratio. il
lud indiuiduum qd eſt omni laude di
gnum nulla igomina eſt afficiendum
iſta patet ſed glorioſiſſima virgo maria
eſt omni laude digniſſim ergo nulla ig
nominia eſt afficienda Minor probat
per eccleſiam dicentem. Felix es ſacra
virgo matia et omni laude digniſſima
quia ex re ortus eſt ſol iuſtitie chriſtus
deus noſter. Decimaquarta ratio ec
cleſia ratio facit feſtum conceptionis:
et non ſanctificationis: neq3 in vtero:
nz extra q̄ virgo non fuit in peccato ori

giuali concepta. añs probatur dicit̃ enĩ
in offitio conceptionis ſicut natiuitas
mediante diuina reuelatione fuit reper
ta: ita et conceptio venerande dei geni
tricis perpetue virginis marie ꝑ multa
ſignoꝝ exꝑimenta in anglia et in Frã=
cia ceteriſq; orbis climatibus celebrã=
da olim ē declarata et cetera vbi nar=
ratur hiſtoria de celebranda virginis
conceptione ꝙ ſi aduerſarij talem ne=
gant hiſtoriam: et dicunt eaȝ eſſe falſaȝ
dicant nobis cur eccleſia permittit ta=
lia falſa affirmari: et ideo qui damnant
talem hiſtoriam damnant eciam eccle
ſiam. Vltima ratio validiſſima pro
qua oñdit̃ ꝙ virgo non fuit in peccato
concepta eſt: quia poſt peccatuȝ primo
rum dictum eſt ade. In ſudore vultus
tui veſceris pane tuo et eue: In dolo=
re paries filios tuos a qua pena nulla
femina fuit liberata niſi virgo Maria
qd̃ eſt ſignum euidentiſſimum ꝙ illa ñ
fuit in peccato concepta. Et ſic facio fi
nem huius articuli pretermittẽdo mul
ta que ſunt ſatis leuia que adducuntur
a ceteris doctoribus ad laudem virgi=
nis.

Modus per quem virgo fuit liberata
a peccato originali.

Poſtq; rationibus veriſſimis a
nobis demonſtratum eſt glori
oſiſſimam virginem a macula
peccati originalis non fuiſſe deturpa=
ta: immo in conceptione fuiſſe ſanctaȝ.
In preſenti articulo declarare intendi
mus modum quo virgo glorioſiſſima
fuit preſeruata atq; ſanctificata. Dica
mus ergo ꝙ poſtq; fuit formatum cor
pus organicum phiſicuȝ in ventre ma
tris glorioſiſſime virginis virtute ſpiri
tuſſancti illud ſacratiſſimuȝ corpus an
te infuſionẽ anime intellectiue fuit mũ
datum atq; purificatuȝ: vt eſſet vas ap
tiſſimum ad recipiendum animam illã
ſanctiſſimam: fuit poſtea creata anima
intellectiua glorioſiſſime virginis ple=
na dei gratia atq; ſanctitate vnitaq;
corpori ſuo glorioſiſſima virgo ſancta
atq; immaculata concepta eccleſia di=
cente. Que eſt iſta que progreditur q̃=
ſi aurora: pulchra vt luna: electa vt ſol:
et ideo in canticis canticorum dicitur
Surge amica mea columba mea: ſpe=
cioſa mea: ſurge et nulla macula eſt in
te. Et auguſtinus fidei noſtre lumen ĩ
ſermone de natiuitate domini inquit.
Maria mater chriſti electa eſt et ſuper
omnes creaturas ꝑelecta omnibus gra
tijs fecundata: omnibus virtutibus or
nata: omni ſanctitate ĩ vtero matris re
pleta: qd̃ verbum eſt admirabile et glo
rioſum: q2 ſi fuit omni ſanctitate in vte=
ro matris repleta igitur in conceptio=
ne fuit ſancta: et ideo virgo glorioſiſſi=
ma fuit benedicta inter omnes mulie=
res nemine excepta: et quid maledictio
nis fuit in eua ſm̃ Hieronimum totuȝ
abſtulit benedictio marie: nam gratia
per partes ceteris ſanctis data ē: Ma
rie vero ſe infudit totius gratie plenitu
do et quamuis ceteris ſanctis gratia fu
iſſe creditur: tamen non eatenus plena
in maria vero totius gratie que in cri=
ſto eſt venit plenitudo ſecundum ſan=
ctum Hieronimum: quia ſecundũ eũ=
dum. Qd̃ natura non habuit vſus ne=
ſciuit: ignorauit ratio: mens humana
non capit: pauet celum ſuper terra de
tanta plenitudine gratie marie a domi
no collata: et ideo ſecundum Anſelm.
decuit virginem tanta puritate nitere
qua ſub celo nulla maior nequit intel=
ligi: et ideo multa filie congregauerũt
diuitias: tu vero maria ſupergreſſa es
omnes. tu q̃ ſola exaltata es ſuper cho
ros angeloruȝ ad celeſtia regna: et ideo
o glorioſiſſima virgo benedixiſti Ma=
gnificat anima mea dominum: quia ñ
eſt anima alicuius creature pure a pri
cipio mundi vſq; ad finem eius: que
magis teneatur magnificare dominuȝ
et creatorem noſtrum q̃ȝ anima tua. Et
inde. Exultauit ſpiritus meus in deo
ſalutari tuo: et ratio huius fuit: quia

dominus qui potens eſt et omnipotēs
eſt fecit tibi magna: et admirabila: qꝛ
in eo fuit potentia: in eo fuit ſapientia
ī eo fuit amor erga te: tu ſola fuiſti que
domino placuiſti in vtero cuius verbū
caro factum eſt et habitauit in nobis:
Cur virgo maria non fuit liberata a pe
nis peccati origininalis: ſi fuit liberata
a peccato.

ORdo doctrine expoſtulat vide
re cur virgo Maria non fuit p̄=
ſeruata ne īcurreret penas pec
cati originalis ſi fuit preſeruata a pec=
cato originali. Quidam dixerunt ꝟ
ginem a morte temporali: que eſt pena
peccati originalis non fuiſſe preſerua=
tam ad maiorem cumulum meritorum
virginis: qꝛ vt dicit. auguſt᷒. xiij. de ci.
dei. c. vij. Quid enim precioſius quam
mors per quam ſit: vt etiam omnia de
licta deleantur et merita cumulatius
augeantur eccleſia dicente. precioſa in
conſpectu domini mors ſanctorum ei᷒
virgo ergo ob hanc cauſam mortua ē.

Hec oppinio nobis placere non po
teſt. Primo auctoritas aug᷒. eſt de di=
recto in contrarium: quia mors non eſt
data virgini ad delenda eius delicta:
quia in glorioſiſſima virgine nullum
vnquam fuit delictum. Secūdo me
rita augentur ex bonis operibus et de=
merita ex malis. Amplius nō ſunt faci
enda mala: vt eueniant bona. Quar
ta virgo non fuit aucta meritis ob eius
humilitatē ipſa dicente. Quia reſpe=
xit humilitatem ancille ſue: ecce enim
ex h̄ beatā me dicēt oēs generationes.

Nos vero formaliter huic dubitatio
ni reſpondere volumus ex dictis augu
ſtini. q. xiij. d. ci. dei. c. iiij. querit qua de
cauſa oēs nos n̄ fuim᷒ liberati a mor=
te temporali ſi per paſſionem domini
fuimus liberati a criminis nexu: et ab
ipſo originali peccato cui dubitationi
auguſt᷒. reſpondet dicens. Ad hoc re=
liqui anime experimentum ſeꝑationis
a corpore: quāuis ablato criminis nexu
qm̄ ſi regnationis ſacrum non haberet
continue ſequeretur immortalitas ⁊ ſic
ipſa fides euacuaretur. Vult ergo: au=
guſt᷒. qꝛ cum ipſa fides ſit conſtituta ex
xij. articulis inter q̄s vn᷒ articulus ē re
generationis atqꝫ reſurrectionis ſac̄m
ſi homines non: morirentur fides eua=
cuaretur et deſtrueretur ſecunduꝫ: vnū
articulum. His viſis patere poteſt qua
re ꝟgo non fuit liberata a morte tēpo=
rali: quāuis fuerit l꞉bata a pctō originali

Non habemus pro īconuenienti ad
dere tertiam reſponſionem magis ſpā
liter de glorioſiſſima virgine loquente
quāuis ea reſponſio generalis que da
ta fuit ſcd̄ꝫ auguſt᷒. ſit optima. dicam᷒
ergo virginem glorioſiſſimam non fu=
iſſe liberatam a morte temporali. quāuis
fuerit liberata et preſeruata a peccato:
et in hoc eſt magna differentia inter ꝟ
ginem et alios qui incurrerunt origina
le peccatum: quia deus voluit exercere
in virgine miſericordiam et ipſam iuſti
tiam. quia miſericordia non expellit iu
ſtitiam: neqꝫ econuerſo. nam dicitur in
pſalmis. Miſericordia et veritas obui
auerūt: iuſtitia et pax oſculate ſunt. Ex
ercuit dominus ī virgine miſericordiā
tantum quantum virgo fuit capax ad
illam recipiendam: nam ipſa ex dei mi
ſericordia fuit preſeruata ne incurreret
peccatum originale: immo anima eius
glorioſiſſima fuit creata plena gratia
que equalet quantum ad acceptationē
originale iuſtitie: Exercuit dominus
in virgine iuſtitiam: quia ſi non dimiſe
rit eam incurrere peccatum originale:
tamen cum ipſa virgo fuit de deſcen=
dentibus ab adam ex communi choe=
untium ſemine noluit liberare eaꝫ a pe
nis peccati originalis et a morte tem=
porali: vt etiam virgo non eſſet maiori
preuilegio ornata chriſto redemptore
noſtro q̄ nullo modo peccauit et tamē
ꝑ ſalute humani generis duct᷒ et obla
tus eſt: qꝛ voluit ad mortē paſſuſqꝫ ē ꝑ
pctis nr̄is nā vere ipē l꞉guores nr̄os tu

lit. hanc itaqꝫ reſponſionem putamus
veriſſimam: et optime digeſtam ſi quis
tamen meliorem habet in medium illā
proferat et adducat.

¶ In quibus differt conceptio criſti a
conceptione virginis marie.

Si volumus recte conſiderare
ea que ſuperioribus articulis a
nobis determenata fuere intel
legemus nos non tm̄ virginem glorio
ſiſſimam mariam ex coluiſſe: vt eam eq̄
lem chriſto redemptori noſtro in con//
ceptione eſſe velimus: ⁊ vt hec intentio
noſtra melius explicetur decreui in pre
ſenti articulo declarare differentiaꝫ exi
ſtentem inter conceptionem criſti: atqꝫ
inter conceptionem virginis. Et vt me
lius intelligatur id qđ determinare de
creuimus. Primo intelligenduꝫ eſt
ꝙ fuere gradus conceptionis vt ex iſtꝭ
appareat intentum. Primus gradus
conceptionis fuit eorum qui a creatore
noſtro fuerunt creati atqꝫ i originali iu
ſtitia concepti iſti fuerunt primi parē//
tes noſtri qui in originali iuſtitia con//
cepti per tranſgreſſionem legis a domi
no illis date amiſerunt originalem.

Secundus gradus fuit illius qui ī
originali iuſtitia cōceptus ē per aſſum
tionem humaniratis in deum: iſte fuit
gradus conceptionis chriſti: quando
verbum caro factum eſt: qui criſtꝰ fuit
perfectus deus atqꝫ perfectus homo:
atꝫ redemtor noſter. Tertius graduſ
conceptionis fuit illius creature: que n̄
in originali iuſtitia concepta eſt ꝑpter
peccatum primo ſed fuit concepta in ḡ
tia: et gratia q̄ꝫtum ad acceptationem
equiualet originali iuſtitie: iſto gradu
conceptionis fuit concepta ſola glorio
ſiſſima virgo poſt lapſum ade qꝛ ſola il
la meruit redimi perfectiſſim. redemtio
nis modo. Quartus gradus conce//
ptionis fuit eorum qui in peccato ori//
ginali concepti ſunt: etiam iſti fuerunt
poſt ade delictum. Ab iſto tamen pec//
cato quidam fuerunt liberate in ventre
matris vt fuerunt Johannes baptiſta
et Hieremias. Alij vero extra vterum ⁊
vt patet intelligenti terminos: Ex qui//
bus patet dr̄ia inter conceptionem vir
ginis et conceptionem criſti. primo cri
ſtus fuit cōceptus in originali iuſtitia
per aſſumptionem humanitatis in deū
rectus ſecundum voluntatem: et ſecun
dum omnes ſenſus: neqꝫ inter rationē
et ſenſuum naturā fuit aliqua rebellio
virgo in gratia fuit concepta: et non in
originali iuſtitia et hoc per perfectum
redemptionis moduꝫ. ſecundo criſtus
in conceptione non indiguit redemp//
tione paſſiua: neqꝫ habuit naturā ꝓnā
ad recipiendam maculam peccati ori//
ginalis. Virgo in cōceptione indiguit
gratia dei: ne laberetur et icurreret ma
culam peccati originalis. nam eius na
tura erat prona et habilis ad recipien//
dam talem maculam criſtus fuit con//
ceptus de ſpiritu ſancto in vtero virgi
nis: Maria auteꝫ non fuit concepta đ
ſpiritu ſancto: ſed ex cōi choeuntium ſe
mine Anima criſti in primo inſtanti ꝯ
ceptionis eius vnita verbo fuit beata a
nima virginis: q̄ꝫuis fuerit ſancta: tm̄
in primo inſtanti ſue ꝯceptionis nō fuit
beata: ergo eſt magna differentia inter
conceptionem chriſti: et inter concep//
tionem virgini marie: vt patet intelligē
ti terminos.

¶ Reſponſiones argumentorum pri//
mi articuli partis affirmatiue.

Nihil aliud nobis deniqꝫ reſtat ni
ſi ſoluere argumenta an̄ oppoſitū
queſtionis adducta. Et primo ad ar//
gumēta primi articuli ꝑtis affirmatiue
q̄onis. Ad primū argumētū duplici
modo reſpondere poſſum. Primus
modꝰ ē tenere ꝙ ꝟgo nō peccauit i ra//
dice neqꝫ ꝯtraxit peccatū originale ⁊ vt
intelligit̄ quid ſit peccare i adā tan̄qꝫ i
radice. Dico ꝙ nihꝉ aliud ē peccare in
radice niſi iputatō a dn̄o facta deſcen//
dētibꝰ ex lūbis ade ex q̄ iputatione nꝉꝉa
ꝑueniente dei gratia hoīes ī ꝯceptione
ꝯtrahunt originale pctm̄. ſm̄ ergo iſtuꝫ

primum modum dico ꝙ dñs ex sua in
finita mesericordia non imputauit pec
catum primorum matri sue gloriosissi-
me neqꝫ dimisit eam incurrere tale pec
catum. Ad argumentum nego añs
illius ꝯñe: et ad auctoritatez Pauli di
co ꝙ Paulus in ea auctoritate locutꝰ
de lege cõi. modo per gratiam potest
aliqua creatura ex libera voluntate dei
excipi a tale legi: vnde lex non tollit grã-
tiam neqꝫ gratia in vno corrumpit legẽ
in alijs ⁊ ideo stat ꝙ de lege cõi omnes
in adam debebant peccare et tamen ali
qua creatura ex singulari preuilegio fu
erit excepta. Ad deductionem primi
iconueniẽt. dico ad auctem euangelij
dico eam esse veram: sed dico ꝙ hij qui
sunt in potentia proxima ad incurren-
dum egritudinem possunt dici egri: et
nõ minus est opus medico in illis ꝗꝫ
in his qui iam ceciderunt in egritudi-
nibus: quia si bonus medicus cogno-
sceret causas ꝓpin quas egritudinis ali
cuiꝰ et anteqꝫ incurrerẽt illi daret opez
hic maxime laudandus esset: cum ergo
deus sit optimus medicus aĩarum no
strarum: sic voluit mederi virgini glo-
riosissime: ita vt non solum noluit eam
incurrere egritudinem peccati orig ina
lis verumetiam noluit eaꝫ incurrere di
spositionem precedentem tale peccatũ
dispositio aut precedens talem egretu
dinem erat imputatio peccati primoꝝ
parentum et iõ nego ꝯñam virgo non
peccauit in adam neqꝫ ꝯtraxit pctm̃: ergo
non indiguit redemtione añs autẽ il-
lud esset suffitiens ad inferendũ ꝯñs si
hoc fuisset ex natura virginis: sꝫ hoc nõ
fuit sed ex summa misericordia dei ⁊ iõ
redemptio sua fuit nobilissima. Ad
ꝯfirmationem nego añs sed bene dico
ꝙ indigentia ꝓsupponit naturam: q̃ si
non preueneretur a dei gratia incurre-
ret defectum: Ad secundam confir-
mationem dico ꝙ si ade peccatũ nõ re
gnauisset in omnes neqꝫ natura quẽ
incurrit illud fuisse prona ad recipien-
dum illud qđ cristi iustitia non regna-
uisset in omnes in iustificationem mõ
in virgine fuit excellentissima dei mise-
ricordia et iustificatio: quia id qđ debe
bat incurrere ex peccato dñs voluit illã
incurrere. ⁊ iste fuit perfectissimꝰ modꝰ
redemptionis. Ad deductionem se
cundi inconuenientis dico ꝙ si fuisset
aliqua creatura pura: que ex sui natura
non peccasset in adam: ꝙ ab illa non
fuisset remota originalis iustitia: modo
virgo quamuis non peccauit in adam
neqꝫ contraxit peccatum hoc non fuit
ex natura eius: sed ex dei gratia atqꝫ mi
sericordia. Ad confirmationem dico
ꝙ qui nullo modo peccat neqꝫ ꝯtrahit
peccatuꝫ originale ex sui natura: ab il-
lo non remouetur originalis iustitia q̃
alijs per peccatum remouetur: sed non
est sic in virgine: vt visum fuit. Si ve
ro ſm aliuum modum velemus respon-
dere possemus dicere ꝙ virgo peccauit
in adam iuxta illđ pauli omnes in adã
peccauerunt et tm̃ concedo añs prime
ꝯñe: et nego ꝯñam. Ad deductionez
primi inconuenientis nisi ꝯña valeret:
dico ꝙ mors data est virgini ex summa
dei iustitia: qꝛ quamuis liberauit eaꝫ a
peccato noluit eaꝫ liberare a penis pec
cati vt fuit plene visum in .xv. articulo
questionis quare virgo non fuit libera
ta a penis peccati. Ad argumentuꝫ
dico ꝙ illi fuit data mors ex imputati
one peccati et qñ dicitur ꝙ peccatum i
radice non contractum non ponit ali-
quem defectum: dico ꝙ q̃uis nõ po-
nat: tñ facit que si natura ex se dimissa
esset maneret defectus et maxime de-
fectus primoꝝ. Ad secunduꝫ incon
ueniens nego ipsum et concedo ꝙ vlti
mus finis hominis est frui deo et vide
re ipsum a facie ad faciem sicuti ẽ: et ad
probationem cõcedo ꝙ post ade pecca
tũ oẽs indiguimꝰ gloria dei et nego ꝙ
oẽs erãt apti ad dãnatõez: imo dico ꝙ
aptitudo ad felicitatẽ inẽ ita hõi ꝙ stã
te eiꝰ nã semꝑ hõ hꝫ tꝛez aptitudinẽ bñ

veruꝫ eſt ꝙ talis aptitudo non poterat
educi de potẽtia ad actũ niſi medãte g̃
tia dñi nr̃i ihũ xp̃i: ⁊ cũ dr̃ ꝟgo ĩdiguit
glorie dei et eius gratia cõcedo et cum
queritur ex qua cauſa dico ex pctõ pri=
moꝝ q̃ꝛ niſi fuiſſet p̄ueta ꝑ dei gratiã ĩ
curriſſet pctm̃ originale. Ad tertiuꝫ
inconueniẽs nego illud: et dico ꝙ fuit
explicata cauſa q̃re virgo mortua fuit
et eſt in .xv. articu. ex ſumma dei iuſtitia
ꝓpter peccatũ primorũ parẽtũ ne etiã
ipſa fuiſſꝫ maiori preuilegio ornata q̃ꝫ
Jeſus qui mortuus eſt pro peccatꝭ no
ſtris: q̃ꝛ voluit. Ad quartũ inconue
niens: dico negando illud: ⁊ dico ꝙ de
poſſibili ratio concludit ꝙ ſicut vnum
indiuiduũ fuit preſeruatũ omnia po=
tuerunt ſed dico ꝙ ſuppoſita lege com
muni nõ p̄ueniente gratia ſpãli ꝯcludi
tur ꝙ omnes q̄ per ꝯcubitũ viri ⁊ mu=
lieris ab adam habuerũt originẽ in pec
cato fuiſſe conceptos: ſꝫ dico ꝙ preue=
niente gratia illa rõ non ꝯcludit nccio
⁊ ſic ſunt intelligende rõnes augꝰ. ꝯtra
hereticos q̄ nolebãt aliquẽ ꝑuulũ ꝯhe=
re pctm̃ originalꝭ: ⁊ cũ dicit̃ ſi eẽt aliq̃ rõ
neceſſaria ſua oppoſita eſſet impoſſilis
dico ꝙ ſtante lege non preueniẽte gra=
tia illa ratio ẽ nccĩa ex ſuppoſitione le=
gis preueniẽte gratia illa rõ ñ ꝯcludit
et vt intelligatur abſolute ñ ẽita neceſſa
rium ꝙ qui deſcẽdũt ex adaꝫ ꝙ de ne
ceſſitate contrahant peccatuꝫ q̃ꝛ ſi dicꝭ
de potentia abſoluta vellet oẽs p̄ſerua
re: ſed hic accipitur neceſſarium pro cõ
uenienti: q̃ꝛ ſecunduꝫ legem cõem oẽs
ꝯhant: tñ per gratiam aliqua creatura
excipit̃. Ad quitũ inconueniẽs dico
ꝙ ſi virgo fuiſſet mortua añ paſſionem
domini ꝙ ipſa nõ iuiſſꝫ ad limbũ. imo
ſtetiſſet aſſociata cũ angelis et ſanctis
et expectaſſet reſurrexionem filij ſui q̃ꝛ
ordo vniuerſi ſic req̃rebat ꝙ nemo añ
criſtum fuiſſet beatus et ad paradiſuꝫ
iuiſſet neqꝫ expectatio fuiſſꝫ ei moleſta
neqꝫ ei fuiſſet impedimentum q̃ꝛ ordo
regni celeſtis ſic requirebat ꝙ criſtus ꝓ
mus eſſet in paradiſo deinde ceteri ſuo
ordine et virgo non habuiſſꝫ deſiderũ
inordinatum ꝯtra ordinem regni cele=
ſtis. Et ad rõnem dico ꝙ virgo fuit ꝓ=
ducta propter finem vltimuꝫ cũ tali tñ
ordine ne precedent xp̃m redemptoreꝫ
noſtrum vt patet intelligenti. Ad ſex
tũ dico ꝙ nõ habeo ꝑ ĩconueniẽti id ꝙ
dicit̃ eſſe inconueniens. q̃ꝛ ſm̃ Job q̄s
poteſt facere mundũ de ĩmundo ꝯcep
tũ ſemine nonne tu qui ſolus es: nam
ſm̃ auguſtꝰ: maria fuit omni ſanctitate
ĩ vtero matris repleta: et rõi dico ꝙ au
guſtꝰ in libro de fide ad petrũ loquitur
de lege cõi nulla interneniente ſpãli g̃
tia modo in virgine ſpãlis gratia inter
uenta eſt q̃ꝛ ſm̃ eundẽ auguꝰ in ſmone
de natiuitate dñi maria fuit oĩbꝰ g̃tijs
fecundata et ideo in pctõ non fuit con
cepta. Reſponſiones argumentorũ
ſecundi articuli ꝑtis affirmatiue.

Ad argumẽta ſecũdi articuli. Ad
primũ ꝯcedo ꝯñs et ꝯñiaꝫ: et cuꝫ
dicit̃ accipio animã ꝟginis in illo ꝑori
tunc in tali aĩa eſt carẽtia originalꝭ iu=
ſtitie debite: negat̃ ꝙ in illo priori ꝯpe
tat illi. neqꝫ gratiam neqꝫ carẽtia origi
nalis iuſtitie: queadmodũ homo prio
ritate nature p̄cedit riſibilitatẽ: ⁊ tñ nõ
dicimꝰ hominẽ in tali priori habere ca
rentiam riſibilitatis: vnde anima ĩ illo
priori quidditatiue eſt tm̃ anima: neqꝫ
eſt in gratia neqꝫ priuata gratia: q̃ꝛ hec
quidditatiue illi nõ conueniunt. vnde
iſto modo ſi ratio tua cõcluderet poſſꝫ
demonſtrari chriſtum in peccato origi
nali fuiſſe conceptum: quia anima ch=
riſti prioritate nature p̄cedit originalẽ
iuſtitiam: tunc in illo priori: cum nõ ha
beat originalem iuſtitiam eſſet in pec=
cato conceptus ĩmo poſſe probari per
iſtam tuam rationem ꝙ omnia priora
prius habuiſſent carentiam et priuatio
nem ſuorum poſteriorum q̃ꝫ ipſa poſte
riora. hec autem ſunt abſurda. Ad ſe
cundum argumentum dico ꝙ virgo in
diguit gloria dei quando erat in ſuis

cauſis proxime eam productiuis vt p̄-
ueneretur gratia domini: et dato ꝙ in-
ſtans indigentie ſic diſtinctum ab in-
ſtanti gratie loquor de inſtanti nature
in inſtanti indigētie non habuiſſet pec
catum: quia iſta indigentia eſt illa que
precedit defectum et non illa que ſeq̄-
tur quemadmodum cecus qui progre
ditur per viam in qua eſt fouea anteq̄ꝫ
cadat auxiliatur per videntem tamē in
diguit tali auxilio: et tamen non dici-
mus ꝙ ipſe ceciderit in foueam. Ad
tertium argumentū dico negando mi
norem .ſ. ꝙ deus tali honore non vult
venerari Et ad auctoritatem Hieroni
mi: dico ꝙ ipſemet explicat de quibus
mulieribus loquitur. Ille autem mulie
reſ fuerūt Raab meretrix Berſabe vxor
Vrie mater Salomonis et. Roth mo
abitis: iſte ſunt que aſſumuntur in gen e
alogia chriſti: et fuerunt peccatrices: tñ
virgo de qua immediate criſtus aſſum
tus eſt in peccato concepta non eſt: vt
patet: Ad quartum nego minorem:
quia virgo magis debet chriſto ꝙ chri
ſtus non dimiſerit eā incurrere pecca-
tum. q̄ꝫ ꝙ dimiſerit eaꝫ incurrere et po
ſtea mundare: quia ſtatus inno centiū
eſt melior quocunq̄ꝫ ſtatu peccati q̄ꝫtū
cunq̄ꝫ mundatus. Ad quintū nego
conſequentiam. quia ſecundum Job
deus poteſt educere indiuiduum mun
dū de inmundo conceptu ſemine. Et
ad auctoritatem euangelij dico ꝙ ma-
la arbor nullo alio interueniente maloſ
fructus facit ſed interueniēte gratia do
mini: mala arbor bonos fructus face
re poteſt: quia deus naturarum eſt au-
ctor. Et ad auguſtinum dico ꝙ iſpe lo
cutus eſt ꝺ lege ꝯmuni: nulla interue-
nienti gratia: ſed ſecundum eundē au-
guſtinum in ſermone de natiuitate do
mini Maria fuit omnibus gratijs fe-
cundata: ⁊ omni ſanctitate in vtero ma
tris repleta vt de mūdiſſima matre mū
diſſimus naſceretur filius. Ad ſextū
argumentum nego minorem: quia illo

modo poſt baptiſmuꝫ haberemus pec
catum originale: quia in nobis eſt ſen-
ſuum rebellio. Hoc autem eſt inconue
niens: ergo illud ex quo ſequitur.

Reſponſiones argumentoruꝫ tertij
articuli partis affirmatiue.

Ad argumēta tertij articuli. Ad
primum dico ad minoreꝫ ꝙ ſo
lus chriſtus ex ſui natura fuit
conceptus in originali iuſtitia ſine pec
cato hoc ſolum illi conuenit: ſed ex hoc
non tollitur: cum virgo per dei gratiaꝫ
fuerit preſeruata a peccato: Et ad au-
ctoritates auguſtini dicitur ꝙ ſolꝰ chri
ſtus ex ſui natura fuit ſine peccato et in
originali iuſtita conceptus. Ad ſecū
dum dico ad auctoritates ꝙ ſolus cri
ſtus poſt ade delictum in originali iu-
ſtitia ex ſui natura ſine peccato conce-
ptus eſt: de mulieribus nulla inuenta
eſt que ex ſui natura in originali iuſti-
tia concepta eſt ſine peccato: cum quo
tamen ſtat ꝙ non interueniente eiꝰ na
tura ſed dei gratiam ꝙ virgo fuerit pre
ſeruata: ne pctm̄ originale icurreret q̄r
ꝟgo fuit oībꝰ gratijs fecūdata oī ſancti
tate ī vtero matris repleta. Ad tertiū
ꝯcedo ꝙ mūditia ꝟginis fuit circa mū
ditiā criſti: et nego minorē ꝙ ſi virgo n̄
fuiſſet in pctō originali cōcepta fuiſſet
equalis mundite cum chriſto: nam ac-
ceptis duabꝰ albedinibꝰ: quaꝝ vna ſit
intenſa vt. viij. et alia vt. iiij. dicimꝰ ꝙ ex
eo ꝙ illa ſit vt. iiij. ꝙ illa ſit maculata: ⁊
nō ſit pura albedo. et ꝙ niſi poneremꝰ
eam maculatam ipſa ē eq̄lis cū albedi
ne vt. viij. certū eſt ꝙ nō: ſic eſt de virgi
ne reſpe tu criſti. Ad quartū argu-
mentum dico ꝙ fundamentū illud eſt
veriſſimū ⁊ cū dicit̄ ꝙ eſt falſuꝫ: nego: ⁊
cū dicit̄ ꝙ iſto modo poſſꝫ pbari ꝙ xp̄ſ
n̄ fuiſſet mortuꝰ ꝑ ſalute humani gene
ris nego: et cū dicitur potuit nō mori ꝯ
cedo: et cū dicit̄ ſic: potuit ita decuit: ne
go: et cū dr̄ oē ꝙ ē deo poſſibile illi ꝯue
nit: dico ꝙ h̄ eſt verum de potentia or-
dinata: ſed de abſoluta negatur.

Ad quintum et vltimū dico quod il
lud fundamentuꝫ eſt veriſſimū: dico ꝙ
q̄uis deus potuiſſet ꝯferre maiora vir
gini: tamen illa non conueniebant illi
in hac vita vt beatitudo et ĩmortalitas
vt patet intelligenti terminos.

Reſponſio ad auctoritates quarti
articuli partꝰ affirmatiue.

Ad auctoritates quarti articuli
dico ꝙ omnes procedunt de le
ge cōmuni: ſm enim legem om
nes debebamus incurrere peccatuꝫ. ſꝫ
non tollunt ꝙ virgo dei mater non fue
rit per gratiam preſeruata: qꝛ ſecundū
Auguſtinum virgo fuit omnibus gra
tijs fecundata omni ſanctitate in vtero
matris repleta.

Reſponſio ad auctoritates quinti
articuli partis affirmatiue.

Ad auctoritates vltimi articuli
Ad auctoritatē Bernhardi ne
go eam: qꝛ cū augꝰ. ſuꝫ qui volu
it ꝙ virgo ĩ vtero matris fuit oĩ ſancti=
tate repleta. et cum. Job ſuꝫ qui voluit
ꝙ deus poſſit educere mundum indi=
uiduum de ĩmū ndo conceptum ſemi=
ne. ergo in conceptione potuit ſanctifi
cari. Et cuꝫ Hieronimo ſuꝫ qui voluit
ꝙ totius gratie q̄ in criſto fuit in Ma
ria venit plenitudo. Ad anſꝫhel. nego
ipſum. quia ſi eſt verum ꝙ ip̄e affirmat
ꝙ deceat ꝟginē tāta puritate niteri q̄
ſub celo nulla maior nequit intelligi n̄
eſt verum ꝙ ipſa fuerit in peccato con
cepta. quia poſſemus intelligere ipſaꝫ
in conceptione fuiſſe ſanctam qͦd ē ma
ior puritas atqꝫ munditia: q̄ꝫ ꝙ ipſa
fuerit in peccato concepta: et poſtea
mundata. Et ſic ſit finis huius queſtio
nis ad laudeꝫ glorioſiſſime virginꝰ ma
rie: cuius ego ſeruus ſum ſemperqꝫ ero
vſqꝫ ad vltimum vite noſtre terminum
volente deo et auxiliante glorioſiſſima
virgine.

Deo gratie infinite.